Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Homiliae sanctorum Patrum in Evangelia Dominicalia.

https://hdl.handle.net/1874/335145



Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.
No. 459

Hs.
5 A 12

129 *(Eccl. 459.) Charta. fol. 166 ff. Saec. XV.*

Homiliae SS. Patrum in Evangelia Dominicalia.

Initio ac fine mutilus. — Fuit in usum templi cujusdam Trajecti ad Mosam?

129

Homiliae SS. Patrum in Evangelia Dominicalia.

Sunt homiliae in Evangelia de Tempore. Differt haec collectio iterum ab iis, quae insunt codicibus 127 et 128; est tamen simillima alteri collectioni quae exstat in cod. 398 postea memoranda.

Tegumento tam anteriori quam posteriori agglutinata sunt duo folia exarata manu saec. XIV exeuntis ex *manuali* sive *renteboek*, olim pertinenti ad quoddam monasterium Mosaetraiectense, ut apparet ex villarum et vicorum nominibus inibi laudatis.

[illegible] Johe fili de Bomb in Bosch . j. d
[illegible] Dco sturbout de [illegible] . ij. d
[illegible] nedesharen ab Jnnestro de [illegible] . j. d
[illegible] uentre de Rochs de duob' [illegible] tre gnda spine de [illegible] . viij. d en obl
[illegible] Rulre a Johe de Loue. de curt tilmanni . xviij . d Et . ij . Capones
Item a Johanne Dco clerico Johan de Domo et curt Jux' puteu . vj . d Et . ij . Capones
Item a Dco de curt sua . viij . d
Item a relicta ostenis sellifici . xviij . d Et . ij . Capones
Item a relicta Reinern scabini de curia sua ibidem . iiij . sol Et . ij . Capones
Item a godefrido de curt sua . xij . d Et . ij . Capones
Item ab henrico de hese scabino . j . d
Item a tilmano filio gndam marscalci de Morenaken . j . d
Item in sussolen a Willelmo . xviij . sol Et . x . decimas hoxij . Capones
Item ibidem de tritico et siligine . x . mal' . xviij . sol

Summa huius . xxij . mal' . vij . sol . vj . d en obl

Item ab Jnnestro de segghen . ij . Capones
Item a relicta Rutgheri . ij . Capones
Item ab henrico sutore de gdam curt . ij . d Et . ij . Capones
Item ab heredibus bankoues . ij . Capones
Item ab henrico filio Walthi arcimen pro sophya . de curia in qua mora' Johes bulck . iiij . d Et . ij . Capones
Item a Dco de area sua Rutgheri . j . d
Item a Johe Crasche . iiij . d Et . ij . Capones
Item a Willo sartore pro petro Boucel . xij . d Et . ij . Capones
Item a petro filio nicholai textor . xij . d Et . iij . Capones
Item a Johe filio Gregorii . 6 . sol Et . viij . Capones
Item a Dco nuclen in theod sophie de gdam pecia tre dce voysberch . ij . Capones
Item a relicta matthie de sichem . ix . sol Et . ix . Capones
Item a Lamberto Boxberch pro katherina Bay den Belde . viij . sol Et . xij . Capones
Item ab henrico filio Walthi mercen . 6 . sol . vj . d Et . ix . Capones
Item ab henrico de Bestal de quadam curia . j . d
Item a uentre Balliu scti Lamberti . x . regalia facien . vj . mal' . 8 . sol Et . lij . capones
Item in berna a Willelmo . viij . mal'
Item ibidem a gerardo de Capella . x . sol Et . j decima . x . & . nacl
Item Jn here de censibus xs . mal' Et . x . Capones
Item de censibus de maltmerken ab aleyde de here . x . sol
Item a Dno andrea pbro de dcis censibus . vj . sol . vj . d Et . ij . capones
Item a Johe sartore de dcis censibus . xij . d iiij . Capones
Item a Villa de bomis bartolomei de dcis censibus . vj . ij . Capones
Item ab henrico quactester de dcis censibus . xij . d Et . x . Capones
Item ab anna de starne p dnm andream de dcis censibus . x . sol Et . vj . Capones
Item a relicta Bernari Cuysten de curt in qua mora' . iij . sol
Item de censibus dcis de elnen . xxxviij . sol Et . iiij . Capones
Item a katherina de Bete . iij . sol Et . ij . Capones
Item a Domicella margar de here . xx . d Et . iiij . Capones
Item a Johanne Colini . ij . sol

[illegible] xxxvj. marc. xx. den

Item in bergha a Willico .xl. sot — Et a decima .l. capones
Item ab arnoldo de goelthem .xb. den — Et .ij. capones
Item ad bona gerd hacken .xviij. den — Et ij capones
Item a dco man de curt sua .xb. den — Et .ij. capones
Item a theodcio papen de curia sua .xviij. den
Item a Johanne peepken de curt sua .xviij. den
Item a dco stub .ij. sot — Et .ij. capones
Item a Trudda opten pocle .xxx. den — Et .iiij. capones
Item a Johanne dco Waen de curt in qua moratur .xb. den — Et .ij. capones
Item a gerardo dco Coijsman .b. sot .vj. den — Et .ix. capones
Item ab aleyde filia thome Werici .iij. sot — Et .iiij. capones
Item a relicta Wilhi Doitst de bonis in quibus moratur .iiij. sot — Et .iiij. capones
Item a Johanne Candenberghs de quadam curt quodam arnoldi pluris .ij. sot — Et .ij. capones
Item a dco de bonis int bona reinneri de bergha mulier et peeghe .viij. sot vj. den — Et .viij. capones
Item a Johanne Coelken cerdone. de quadam tra — .viij. capones
Item a nicholao heijlwigi michil quid tra jacet inculta
Item in Cadiro a godefrido filio arnoldi de quadam tra .vij. den cu obl — Et .ij. capones cu obo
Item a mechtilde plene de resdua tra .iiij. den cu obl — Et .ij. capones cum obo
Item a rijcmolda relicta martini — .iiij. capones
Item a martino pellifice et kath. gnatij de tra quda Wilhi ajure .xx. sot
Item In Caestsant .xxiiij. sot halfen pacen .xij. sot — Et .xxiiij. capon cu .ij. gall
Item in cortyle a gertrude de yseren .xxx. den
Item ab arnoldo de mustchepit Johe bracart de tra marg. et rutgero de eyghmeer de resdua tra .xxx. den
Item In ghoelle ab arnoldo de bromolen dco der Wijst de duab curt tre Inc. Brumolen .ij. sot
Item ab arnoldo meude et kath. dca optrecijme de una pcia tre Inc. ecclie de ghoelle .j. den
Item a Johe dco dernecr— de tra marg. de nivle .j. den
Item a dno Johanne Clanstrat ecclie bte marie tiecken de uno bomad tre inc. motrebergh .j. den
Item a Johanne scondeneer de curt quadam Jacobi de bonde .vj. den — Et .ij. capones
Item a relicta machary de tra inc. Cacijsonde .b. den cum cop.
Item a relicta Johis goedkens cerdonis de resdua tra .b. den cu cop.
Item in Cochc a Johanne monacho et gerardo hcuman .xxij. den de tra Inc. Wocht
Item a godefrido filio arnoldi et gobelino hijmboneen .xiiij. den
Item a gerd Clocijt de dca tra .vij. sot
Item in Coestroijde .iiij. flor unos quasi ponder .facien .ij. marc. b. sot
Item In lemmael .x. sot .ij. den
Item In Cuekoneen .iiij. vergalen facien .ij. marc. x. sot
Item in ghenevich .viij. sot
Item a kath relicta Johis filij lute de hoefsem de pcis in here .xiiij. flor quasi pondus facien — Et .viij. capones
marc. xviij. sot .vj. den

Summa hmus .xix. marc. xviij. sot cu obulo

Sermo beati Maximi de aduentu domini nostri ihesu ch

Igitur qm̃ post tempus spiritalibus epulis reficere noe
videamus quid euãgelica lectio prosequat. Audi
audiuimus de aduentus sui tpe. Sicut fulgu
erit aduentus filij hominis. Et addidi
erut duo in lecto uno. mus
in pistrino. una
cur dns aducntu
cum utiq; eius
timore suscipi
teris pdicatu
turu. qui it
lucem veri
mentes ho
mutu si d
peccato
quodda
ita co
dissem
et un
qui
ju

et lectum in quo pmuloante fuerat portatq; et nīa sig
culo corporis ferebat: postea corpus suū ipsa vtiq;
tegt etiā nctipi ꝙ ait, erūt duo in lecto, vnus
plebs. et plus iudeorū: qui velut vno lec
lege tenētur: et velut similiter re
christianorū btus
crabilis couentꝰ
adventu dñi.
entes. partem
ctia decurta
illa nocte erūt
videamus.
tes in pistri
igitur cosi
sunt due
olicionis
nisi duo
ex hys
in qui
trim o
etur:
iste
tate

Scr. eccl
N°459
kl 5 pl A
n 12

veluti tarda et grauis iaceret in terra iudaycā; et vnius prouincie cooperiretur angustijs. Nisi euangelium mūdō datū esset: lex omnino necessaria non esset. Hoc autē lex operatur sine euāgelio: ꝙ vno scripto fieri potest. Confringere poterat non prodesse: sicut ait beatus apostolus. Lex autem iram operat: gratiā vero non prestat. Stante ergo lege euāgelium datum est: ꝙ veteri superpositum testameto. vtrūq; cōdecoraret: ac tanta velocitate operis circūfertur. vt volubilitate sui seculum omne circueat: hoc est infera visitet, celestia penetret, terrena collustret. Ad euangelium tanq; superior mola, cunctos credentes suscipit, omnes aduenientes accipit: et veluti per quasdā cauernulas preceptorū, ad interiora transmittit: vt ibi hinc inde duorū testamentorū salutaribus mādatis, gentilitatis asperitate mollita, producat omne ꝙ purum est. Cui similitudine testametoꝝ ezechielem prophetā arbitror perstrinxisse: cum dicit rotā in medio rote esse conuersaz. Harū igitur molarū operatione .i. noui ac veteris testamenti, hoc agit sancta ecclā cura peruigili: vt peccatorū asperitate discussa, ex occultis cogitationibus, medulla mundi cordis eliciat: et celestibus mādatis mundata, ex intimis spiritalia alimenta producat. De quibus alimētis Paulus apostolus ait. Lac vobis potū dedi: nō escam. Et iterum. Perfectoꝝ aut est solida esca: qui propter habitū sensus exercitatos hīt. et veluti ac spiritum nostrū omni humanitate purificās, velut simulacrum deo offerre cōtendit: sicut dauid sanctus ait. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Tanta velocitate circumfertur euangelium: vt non nisi sapiens cursum eius intelligat. Cui bēs paulus intelligens ait. Vt sermo dei currat: et clarificet in nobis.

Qui sunt in illa nocte. Sermo bti Augustini epi vñ supra.

Duo in lecto, et due molentes in vnū, et duo in agro? de quibus omnibus binis singuli assument, et singuli relinquntur? Tria genera hominū videntur hic significari, vnum eorū qui otium et quietem eligūt, neq; negocijs secularibus, neq; negotijs ecclē iustitias occupati: ex illorū quies, lecti noīe significata est. Alterū eorū qui in plebibus constituti, regūntur vt doctoribus, a gentes est que sunt huius seculi, quos et femineū nomine significauit: quia consilijs vt dixi peritorū regi eōs expedit, et molentes propter tpalium negociorū orbem atq; circuitū: quas tamen in vno molentes dixit, in quātū de ipsis rebus et negocijs suis prebent vsibus ecclē. Tertium eorū qui operant in ecclē ministerio, tanq; in agro dei: de qua agricultura apostolus loquit. In his ergo tribus quibus bina sunt rursus quia hoc in singulis: et pro robore sanctorū virū discernit. Cum enim omnes ad ecclē membra pertinere videant: adueniente tēptatione tribulationis, et ex illis qui sūt in otio, et ex illis qui sūt in negocijs seculi, et ex illis qui deo ministrāt in ecclā

aliqui permanet: aliqui cadūt. Qui permanēt assumūtur: qui cadunt relinquūt. Ergo vnus assumetur et vnus relinquitur: non quasi de duobꝰ hominibꝰ dictum: sed de duobus gnūbus affectionū, in singulis generibus triū assertis professionū. In illa nocte ergo dixit, in illa tribulatiōe. Ad ipsa tria gna que assumunt, arbitror pertinere etiā tria illa nomina virorū sanctorū, quos solos liberādos Ezechiel prophetā denūciat: noe daniel et iob. Videtur em̄ noe pertinere ad eos per quos ecclia regitur: sicut per illū in arca archa gubernata est, ꝙ figurā gestabat et cīe Daniel cūi quia elegit celebem vitā, id est nuptias terrenas contempsit, vt sicut dicit apostolꝰ, sine sollicitudine viueret, cogitans que dei sunt, genus eorū significat, qui sunt in otio: sed tm̄ fortissimi in tēptationibꝰ, vt possint assumi. Job aūt quia vxorem habuit et filios et amplas terrenarū rerū copias: ad illud genus pertinet, cui molēdinū deputatū est: sed tamen vt sunt fortissimi in temptationibꝰ sicut ille fuit. Non enim aliter assumi poterūt. Nec puto alia esse gna hoīm quibꝰ constat ecclia, ꝙ ista tria habentia binas differencias propter assūptionem et relictionem: quātuis in singulis multe studiorum voluntatūmq; diuersitates, ad concordiam tm̄ vnitatemq; cōcurrentes possint inueniri Sermo beati Augustini episcopi. De Aduentu domini, qui eo legendus ~ ꝛ.

Propicit diuinitate fratres dilectissimi: ita prope est dies in quo natalem dñi saluatoris oī gaudio deberemus celebrare, et ideo rogo et moneo, vt quātū possumus cum dei adiutorio laboremus: vt in illo die cū sincera et pura conscientia, mundo corde et casto corpore ad altare possimus accedere: et corpus et sanguinē eius non ad iudicium: sed ad remediū aīe nostre merear̄mur accipere. In christi em̄ corpore vita nostra consistit: sicut et ipse dñs ait. Nisi manducaueris carnē filij hoīs et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitā in vobis. Habet ergo vitam: qui vult accipere vitam. Sed aliter nutrit̄ ex ipsa corrūpitur ꝙ sanctificetur: magis occiditur ꝙ viuificetur. Sic enim dicit apostolus. Qui mādūcat corpus dñi et bibit eius sanguinem indigne: iudicium sibi manducat et bibit. Et licet nos omni tempore bonis operibꝰ ornatos ac spendidos esse cōueniat: precipue tm̄ in die natalis dñi, sicut in euāgelio ipse dixit: lucere debēt hominibꝰ opera vestra. Considerate queso fratres, ꝙn aliquis homo potens aut nobilis natalem aut suū aut filij sui celebrare desiderat: quanto studio ante plures dies si quid in domo sua sordidum viderit, ordinat emūdat: si ꝙd ineptū et incōgruum proici: quidd utile et necessariū precipit exhiberi. Domus etiā si obscura fuerit dealbatur:

pauimentū ſcobis mūdat, et diuerſis reſperſa floribꝫ adornatur: quicqd etiā ad leticiaꝫ animi et corporis delicias pertinet omni ſollicitudine prouidetur. Vt quid iſta oīa fratres carissimi? nisi vt dies natalicius cū gaudio celebretur hominis morituri? Si ergo tanta preparas in natalicio tuo vel filij tui? quāta et qualia preparare debes ſuſcepturus natalem dñi tui? Si preparas talia monituro? qualia preparare debes eterno? Quod ergo non vis inueniri in domo tua; quātū potes labora vt nō iueniat deus in aīa tua. Certe ſi te rex terrenus aut quicūꝫ paterfamilias ad ſuū natalicium inuitaret qualibꝫ veſtimētis ſtuderes incedere? nōne nouis et nitidis quā ſplendidis? Quoꝝ nec vetuſtas nec vilitas nec aliꝫ feditas oculos inuitantis offenderet. Tali ergo ſtudio mūnitum puras aīa tua compoſita, ſimplicitatis gēmis et ſobrietatis floribus adornata, ad ſolēnitatem regis eterni, id eſt ad natale dñi ſaluatoris cum ſecura ſciētia procedat? caſtitate nitida charitate ſplendida: elemoſynis cādida. Chriſtꝰ em̄ dominꝰ ſi ita te ꝓpoſitum, natalicium ſuum celebrare cognouerit? ipe per ſe venire et aīam tuā non ſolū viſitare, ſed etiā refoſcere et in perpetuum in illa dignabit habitare: ſicut ſcptum eſt. Et habitabo in illis et inambulabo. Et iterū. Ecce ſto ad oſtiū et pulſo? ſi quis ſuꝛrexerit et aperuerit mihi; intrabo ad illum et cenabo cum illo et ille mecum. Quā felix eſt illa aīa que vitā ſuā ita deo auxiliante ſtuduerit gubernare, vt cū hoſpitem et habitatorē mereatur? accipere? ſicut econtrario quam infelix eſt illa cōſcientia, toto lachrimarū fonte lugēda, que ſe ita malis operibꝫ cruentauit: vt in ea non cito requieſcere, ſed diabolus inquinat dñari. Talis enim anima ſi medicamentū penitentie non cito ſubuenerit, a tenebris occupatur, vacuatur a luce, relinquitur a dulcedine, impletur amaritudine: a morte inuaditur, a vita repudiatur. Non tamen de domini pietate diffidat qui talis eſt, nec mortis ſera deſperatione frangatur, ſed magis ad penitentiam cito recurrat? et dū adhuc noua ſunt, et calent peccatorum ſuorum vulnera, ſic ſibi adhibeat medicamenta ſalubria, quia medicus noſter oīpotens eſt: et ſic cōſueuit plagas noſtras curare, vt nec cicatricum faciat veſtigia remanere. Et ideo fratres dilectiſſimi, ſicut omni tpe ab adulterijs et lugendis et miſerrimis cōcubinis? ita et a propꝛijs vxoribꝫ ante multos dies abſtinere debetis; quoties cūꝫ aut natalem domini, aut reliqꝫ ſolēpnitates celebrare diſponitis. Ebrietatem ante omnia fugite? iracundiaꝫ quoꝫ quaſi beſtie crudeliſſime petim abſconditum: quod et conſcientiā veſtram cōfundat ac mordeat, et oculos diuine maieſtatis offendat.

Quam licet christus dñs noster post passionem suā resurrexerit et in cēlū ascenderit: considerat tn̄ vt credimus et diligēter attendit qualiter se vnusquisq; seruorum eius, sine auāritia sine ira sine superbia atq; luxuria, ad celebrandum eius natalicium studeat preparare atq; componere: et secūdum quod vnūquemq; ornatum bonis operib9 viderit, ita illi graciam suc mīe dispensabit. Si enim viderit bonitatis luce vestitum, iustice vel mīe margaritis ornatum: castīā humilē benignum misericordem et sobriū, si talem agnouerit: corpus et sanguinem suū non ad iudicium sed ad remedium per sacerdotum suorū ministerium dispensabit. Si vero aliū viderit adulterum ebriosum cupidum superbum: timeo ne hoc illi dicatur q; in euāgelio ipse predixit. Amice quō huc intrasti: non habens vestēm nuptialem: Et quod auertat deus fiat id quod sequitur: ligate illi manus et pedes, et proicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Ecce qualem sententiā in die iudicij capiet: qui sine reme dio pīe ad festiuitatem dñi, viciorū sordib9 inquinatus accessit. In natali enim domini fratres charissimi: quasi in nupcijs spiritalib9 sponse sue ecīe christus adiunctus est. Tunc veritas de terra orta est: tunc iustitia de celo prospexit. Tunc processit sponsus de talamo suo: hoc est verbum dei de vtero virginali. Processit em̄ cum spōsa sua: hoc est humanā carnē suscepit. Ad istas ergo tam sanctas nupcias inuitati, et ad conuiuium patris et filij et spiritus sancti intraturi: videte qualib9 indumentis debeamus ornari. Et ideo mundemq; quantū possumus cum dei adiutorio corda simul et corpora nostra: vt celestis ille inuitator, nichil in nobis fedum, nichil sordidum, nichil obscurū, nichil oculis suis deprehendat indignum. Licet ergo fratres charissimi non trāsitorie: sed cum ingenti timore debemus attendere. Inuitati enim sumus ad mensam vbi non inuenitur cib9 hominis: sed panis ponitur angelorum. Et ideo videamus ne forte intus in anima vbi debemus bonorū operum margaritis ornari ibi appareamus viciorū pānis veteribus inuoluti: et eos qui boni sunt in oculis dñi, castitas reddet candidos: tunc eos qui mali sunt reddat luxuria sordidatos. Et ideo quociensq; aut dies natalis dñi, aut reliq festiuitates aduenant, sicut frequenter admonui: ante plures dies non solum ab infelici concubina et consortio, sed a propr̄ijs etiam vxoribus abstinete. Ab omni inmundicia vos alienos efficite: et q̄cq; preterita per elemosinam et pīam redimantur. Contra nullum hoēm odiū in corde tenendum: quod q̄ qualem perdere solebat vanitas: incipiat iustitia per misericordiaq; pauperibus erogare. Quod luxuriat vel gula

dissipabat in mundo: pietas ponat in celo. Et licet hoc impediat vt semper elemosinas facere debeamus: precipue tamen in sanctis solennitatibus secundū vires nostras habundancius erogare debemus. Pauperes ante oīa frequencius ad conuiuium reuocemus. Non est enim iustum in sancta solennitate in populo christiano ad vnum dñm pertinētes: alij inebrientur: alij famis periculo crucientur. Et nos et omnis populus christianus vnius dñi serui sumus, vno precio redempti sumus: pari condicione in hunc mundū intrauimus, simuli etiam exitu migraturi sumus: et si bene agimus ad vnā beatitudinem pariter veniemus. Quare pauper tecum non accipit cibum? qui tecū acceptaturus ē regnū? Quare pauper non accipiat vel veterem tunicam? qui tecū recepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper non mereatur panem tuū? qui tecum meruit accipere baptismi sacramentū? Cur indignus sit accipere vel reliquas ciborum tuorū? qui tecum venturus est ad cōuiuium angelorum? Audite non meū: sed dñi cōe preceptum. Sic enim scriptum est in euangelio. Cum facis prandium aut cenā, noli inuitare diuites, qui te iterum reuocent: sed voca pauperes claudos et beatus eris, quia non habent vnde tribuant tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Sed dicit aliquis. Ergo amici et parentes, non debent ad conuiuium vocari? Rogandi sunt: et non cumulis sumptuosa et deliciosa, sed tamen parca et sobria vel honesta debent preparari conuiuia: vt remaneat vnde pauperes possint refici, vnde possit aliquid pauperibus erogari: vt cum dies iudicij venerit, non cum eis qui nunc pauperes despiciunt audiamus dici. Discedite a me maledicti in ignē eternū: sed cum iustis et misericordibus audire mereamur, venite benedicti percipite regnū: esurui et dedistis michi manducare, sitiui et dedistis michi bibere. Simul etiam ad nos illa vox desiderabilis dirigatur. Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis: super multa te cōstituā: intra in gaudium domini tui. Et vt hec que suggessimus sensibus vestre caritatis tenacius inhereant: breuiter que dicta sunt iteramus. Hoc enim admonuimus fratres, vt quia natalis dñi imminet: tanquā ad nuptiale et celeste conuiuium, ab omni luxuria nitidi et bonis operibus adornati, per christi adiutorium nos preparemus: elemosinas pauperibus erogemus: iracundiam vel odium vt venenū de nostris cordibus respuamus. Castitatem eciā cum propriis uxoribus cōseruate. In ecclia stantes nolite multum loqui. Ad cōuiuiola vestra pauperes frequencius reuocate. Ad vigilias maturius cōuenite. In ecclia stantes aut orate aut psallite: verba otiosa aut secularia nec ipsi ex ore vēo proferte:

et eos qui proferre voluerint castigate. Pacem cum oībus habete: et quos discordes agnoscitis ad cōcordiam reuocate. Hec si fideliter christo adiuuante volueritis implere: et in hoc seculo ad altare domini cū secura conscientia poteritis accedere: et in futuro ad eternā beatitudinem feliciter peruenire: ipso auxiliante qui cum deo pre viuit et regnat in secula seculoz. Amen.

Infra ebdomadam ante natale domini Sermo bti augustini epi de virtute trinitatis et incarnatione domini

Audiuimus sanctum moysen populo dñi precepta dicentem ubi dixit. Audi israhel: dominus deus tuus, deus unus est. Non potest esse maior? non pōt esse minor: dicente propheta david. Magnus dominus et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Optime nostis ista fratres charissimi, qui corde fortiter tenetis catholicā veritatem: audite tamen breuiter quod adiuuante domino proposui explanandū. Deus unus est pater, deus unus est filius, deus unus est spūs sanctus. Non tres dy sed unus deus: tres in vocabulis: unus in deitate substācie. Sed dicat michi hereticus. Ergo si unū sunt; omnes sunt incarnati: Non. Ad solum christum pertinet caro. Sicut aliud ē aīa: aliud est ratio. Et tamen in aīa est ratio. et una est anima: sed aliud aīa agit, aliud ratio. Anima viuit: ratio sapit. Et ad animā pertinet vita: et ad rationē pertinet sapientia. Et cum unum sint, anima sola suscipit vitā: ratio sola suscipit sapienciam. Et tamen nec anima sine rōe: nec ratio sine aīa. Sic et pater et filius licet unū sint et unus deus sit: ad christū solum pertinet caro: sicut ad solam rationē pertinet sapiētia: licet non recedat ab aīa. Ecce iterū aliud in sole: calor et splēdor in uno radio sunt: sed calor exsiccat, splendor illuminat. Aliud suscipit calor: aliud splendor. Et licet calor et splendor ab inuicem nequeāt separari: suscipit splendor illuminationē non feruorem: suscipit calor feruorem non illuminationem. Aliud simul aliud singulare agunt: et tamen ab inuicem non separantur. Sic et filius suscepit carnem: et non deseruit preter se diuisit a patre. Suscepit inq̄ filius carnē ī proprietatē: et tamen et pr̄ et spūs sancty non defuit maiestate. In diuinitate equalitas, in carne sola filij proprietas. Non aūt patris ab eo aut spiritus sancti recessit aliquando diuinitas. Cū ergo una sit deitas una diuinitas: impleuit quidem carnem christi pater et spiritus sanctus: sed maiestate non suscepcionē. Vis scire quia cum eo fuit et pater? Non sum inquit dominus christus solus: sed pater mecum est. Audi de spū sancto et cū eo erat euuangelista refert: quia iesus plenus spiritu sancto regressus est a iordane. Ecce quo iesus christy suscepit carnem: et tamen pater et spiritus sancty non defuit maiestate. Sic celum et terrā implet pr̄: implet spiritus sanctus: carnē christi

deſerere non potuerũt: ꝙm in diuinitatis vnitate manſerunt.
Adhuc cytharam reſpice vt muſicum melos, tonis dulcibus reddat
tria pariter adeſſe videntur: ars manus et corda: et tamẽ ars
dictat, manus tangit: reſonat corda. Tria pariter operantur:
ſed ſola corda reſonat quod auditur: nec ars nec manus ſonum
reddũt, ſed ea cum corda pariter operãtur. Sic nec pater nec ſpũs
ſanctus ſuſceperunt carnem: ſed tamen cum filio pariter operã
tur. Sonum ſola corda diſcutit: carnem ſolus chriſtus accepit.
Operatio in tribus conſtat: ſed q̃o pertinet ad ſolam cordam ſo
ni reddicio: ſic pertinet ad ſolũ chriſtũ carnis humane ſuſceptio.
Et contra iudeus: contra naturam inquit parere virgo maria
non potuit. Et deteſtando manicheus oñdit. Si caro erat virgo
eſſe non potuit: ſi virgo peperit fantaſma fuit. Profero de hiſtoriis
veteris teſtamenti neceſſarium exemplum contra iudeum quod
modo ſonuit auribus noſtris. Dominus moyſi ſancto precepit
de ſingulis tribubus virgas auferri. Allate ſunt duodecim vir
ge: inter quas etiam vna erat que aaron fuerat ſacerdotis: po
ſite ſunt a ſancto moyſe in tabernaculo teſtimonij. Virgis aũt
aaron poſt alterum diem inuenitur produxiſſe flores et frodes:
et peperiſſe nuces. Delectat hoc miſterium cum charitate vra
contra perfidiam iudeorũ commiſcere: vbi maxime figura figu
ram interuenerit ſacramenti. Virga hec protulit quod ante
non habuit, non radicata plantacione, non defoſſa ſarculo, nõ
animata ſucco, nec fundata ſeminario: et tamen cum illi deeſ
ſent vniuerſa iura nature: protulit virga quod nec ſemine ſug
geri potuit nec radice. Virga ergo potuit contra naturã nuces
educere: virgo non potuit contra nature iura filium dei gnare?
Dicat igitur michi incredulus iudeus quẽadmodum arida virga
floruit et fronduit et nuces protulit: et ego dicã illi quẽadmodũ
concepit virgo et peperit. Sed profecto iudeus nec conceptum
virge poterit explicare: nec virginis partum. Veniat ad eccliã:
exponatur illi vt agnoſcat vniuerſum ordinem officij naturã
lis. Virgo peregit tempus pariendi: virga aũt habuit tpa ger
minandi. Illa enim decurſis nouem menſibus peperit: virga
autem alio die quod natura non habuit germinauit. Contra
naturam inquit iudeus virgo parere non potuit. Deus enim
qui innumeris mirabilibus contra naturã ſignum oñdit,
vt aſina loqueretur: ipſe mirabilius facere voluit: vt chriſtus
de virgine naſceretur. Audiat et manicheus ille verſutus ali
ud ſacramentum. Solis radius ſpecular penetrat, et ſoliditatẽ
eius inſenſibili ſubtilitate pertranſit: et talis videtur intrinſecꝰ
qualis extrinſecus. Itaq; fratres nec cum ingreditur volat, nec
cum egreditur diſſipat: ſed ad ingreſſum eius et egreſſum ſpe
cular integrum perſeuerat. Specular ergo non rumpit radi
us ſolis: integritatem virginis ingreſſus aut egreſſꝰ nũquã

vicisse potuit deitatis. Sed quid multis immoramur? Audiat christianus quod non vult audire iudeus aut manycheus: ut iste proficiat in fide redemptus: et ille deficiat induratus. Virga illa unde agebamus carmen: virgo maria fuit, q nobis christum vniuersum sacerdotem concepit et peperit. De quo dauid cecinit dicens, Tu es sacerdos in eternum: secundū ordinem melchisedech. Superiore namq; versu iam dixerat. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon. Et psalmis prophetā apertius matrē sanctam designat dicens. Egredietur virga de radice yesse: et flos de radice eius ascendet: et requiescet super eum spūs dei: spiritus sapientie et intellectus. Quod ergo hec virga nuces produxit: imago dūice corporis fuit. Nux enim trinam habet in suo corpore substantie vnionem: corium testam et nucleū. In corio carnem: in testa ossa, in nucleo interior anima cōparatur. In corio nucis carnem significat saluatoris, que habuit in se asperitatem vel amaritudinem passionis. In nucleo interiore declarat dulcedinē deitatis: que tribuit pastum et luminis subministrat officium. In testa lignum miserens crucis: qui non discreuit id quod foris et intus sed que terrena et celestia fuerat mediatoris ligni interpositione sociauit: dicente apostolo. Quoniam ipse per sanguinem crucis sue pacificauit ea que in celis sunt: et in terris. Sermo beati Maximi diren

Dic nobis quanta sit, quatusq; occursus dus ante natale dm
cum imperatoris mundi istius natalis celebrandus est bene nostis: quemadmodum duces eius et principes cōes etiam militantes accurati sericis vestibus accincti operosis cingulis auro fulgente preciosis ambiant solito nitidius in conspectu regis incedere. Credunt enim multum esse imperatoris studium si viderit maiorem sue operationis ornatū: tantoq; illum letum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti: vt quia imperator tanq; homo corda nō conspicit: affectum eorum circa se probet vel habitū cōsuetudo. Ita fit vt splendidius se accuret: quos suos regem fidelius diligit. Deinde quia in die natalis sui sciunt eum largum futurū ac donaturum plurima vel ministris suis vel his qui in domo eius abiecti putantur et viles, tanta prius thesauros eius replere diuitiarum varietate festinant: vt in quantū prorogare voluerit, in tantū prorogatio copiosa non desit: et ante voluntas donandi deficiat q substancia largiendi. Hec autem ideo solicite faciunt: se maiorem sibi remunerationē pro hac sollicitudine sperant futuram. Si ergo fres seculi istius homines propter presentis honoris gloriam, terreni regis sui natalis diem tanta apparatione suscipiunt: quia nos accuratione eterni regis nostri Yhesu christi natalē

ſuſcipere debemus qui pro deuotione nr̃a non nobis tp̃alem largietur gl̃oriam ſed eternã: nec terreni honoris adminiſtrationem dabit que ſucceſſione finitur, ſed celeſtis imperij dignitatem, que non habet ſucceſſionem? Qualis autẽ noſtra remuneratio ſit futura dicat prophet̃a. Que oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit: que preparauit dñs diligentib⁹ ſe. Quibus indumentis nos ornari oportet? Quod autem diximus nos hoc eſt aĩas noſtras: q̃a rex nr̃ chr̃s non tam nitorem veſtium q̃ animarum requirit affectum: nec inſpicit ornamenta corporum, ſed conſiderat niſi corda meritorum: nec fragilis cingulj precingentis lũbos operoſitatem miratur: ſed fortis caſtimonie reſtringentis libidinem ac pudicitia plus miratur. Habitamus ergo inuenirj ante ipſum probati fide, compti nr̃a, moribus accurati: et qui fidelius chr̃m diligit, nitidius ſe mandatorũ eius obſeruatione componat: vt vere nos in ſe credere videat: cum ita in eius ſolempnitate fulgemus, et magis letus ſit quo nos perſpexerit puriores. Atq̃ ideo ante cõplures dies caſtificemus corda nr̃a, mundemus conſcientiã, purificemus ſpm̃: ac nitidi et ſine macula, immaculati domini ſuſcipiamus aduentum: vt cuius natiuitas per immaculatã virginem cõſtitit: eius natalis per immaculatos ſeruulos procuretur. Quiſquis enĩ in illa die ſordidus fuerit ac pollutus: natalem chriſti votũq̃ curat. Interſit licet domince feſtiuitati corpore, mente tamen longius a ſaluatore ſeparatur: nec ſocietatem habere potuerunt mundus et ſanctus, auarus et miſericors corruptus et virgo: niſi quod magis mittendo ſe indignus offenſionem contrahit, cum minime ſe cognoſcit. Dñs enim vult officioſus eſſe: iniurioſus exiſtit, ſicut ille in euangelio qui in cetu ſanctorum inuitatus ad nuptias venire ausus eſt, veſtem non habens nuptialem: et cum alius niteret iuſticia, alius luceret fide, alius caſtitate fulgeret: ille ſolus conſcientie feditate pollutus, cunctis ſplendentibus deformi horrore ſordebat: et quãto plus ſimul diſcumbentium beatorũ candebat ſanctitas, tantomagis peccatorũ illius apparebat improbitas: qui potuerat minus displicuiſſe forſitan ſi in conſortio iuſtorũ non fuiſſet iñet⁹. Propterea ſublatus manibus et pedibus in tenebras exteriores expellitur: non ſolum quod pctor erat: ſed q̃ cum pctor eſſet, ſanctitatis ſibi vendicaret. Igitur fratres ſuſcepturi natalem dñi: ab omni nos delictorum fece purgemus. Repleamus thezauros eius diuerſorum munerum donis: vt in die ſancta ſit vnde peregrini accipiant: reſpiciant vidue, pauperes veſtiantur. Nam quale erit ſi in vna eademq̃ domo inter ſeruulos vnius dñi, alter exultet in holoſericis, alter cõſumet in pannis, alius eſtuet cibo, alius famem frigusq̃ ſuſtineat:

meritũ

ille eructuet hesternam indigestionis crapulā, hic hesternam
ieunij mediam non resoluat? Aut qui erit nre oronis effectus?
petimus ut liberemur ab inimico: qui nō sumus liberales in
fratres. Simus imitatores dñi. Si enim ille pauperes in celesti
gratia voluit nobis esse consortes? cur nobis non sint in sub
stantia terrena consortes? Nec extranei sint alimonijs, qui frēs
sunt sacramentis? vel quod rectius apud deum per ipsos animus
causam nostrā: ut nostris alamus sumptibus qui illi gratias a
gant. Quicquid autem pauper dñm benedicit, illi proficit quo fa
ciente dominum benedicit: et sicut scriptum est de illo, ve illi homini
per quem nomen domini blasphematur? ita de isto scribitur: pro
huit hoī per quem nomen dñi benedicitur saluatoris. Quale ergo
est meritum largientis, ut solus quis operetur in domo, et per mul
tos ecclē dominum deprecetur? et quod ille fortassis petere de dñi
nitate non audeat, plurimorū interpellantium oronibus etiam
quod non sperabat accipiat? Quod ad adiutorium nrm cōme
morās nos beatus apostolus ait. Ut per multos gratiarū actiōes
referātur pro nobis. et iterū. Ut fiat oblatio nra accepta: sanc
tificata in spiritu sancto. Sermo beati ysidori episcopi de natali
domini

Natalis domini dies, cui de causa q̄ domini
a pribus votiue solempnitatis institutus est: qm in ea
christus pro redemptione mundi nasci corporaliter voluit?
prodiens ex virginis utero: qui erat in patris imperio. Cuius
suscepte carnis causa hec est. Postq̄ enim inuidia diaboli pa
rens ille primus spe seductus in malu cecidit: cōfestim exul et
perditus in omne genus suū, radicem malicie et pcti tradidit.
Crescebatq̄ in malum vehementius oē genus mortaliū: dif
fusis vbiq̄ sceleribus, et quod est nequius oīm cultibus idolor.
Volens ergo deus terminare pctm, consuluit verbo lege, prophe
tis. signis. plagis. prodigijs. Sed cum nec sic quidem errores
suos admonitis agnoscēret mundus: misit deus filium suum
ut carnem induceret et hominibus apparevet et peccatores sa
naret. Venit ideo in homine venit: et per se ipsum ab hoībus
agnosci non potuit. Vt ait videretur, verbum caro factum est:
assumendo carnem, non mutatum in carne. Assumpsit humā
nitatem, non amisit diuinitatem: ita idem deus, et idem hō
in natura dei equalis est patri: in natura hominis factus est
mortalis in nobis. Pro nobis enī et de nobis, manens q̄ erat:
suscipiens quod non erat: ut liberaret quod fecerat. Hec est ergo
dominice nativitatis magna sollēpnitas: hec est diei huius
noua et festiua gloriosa festiuitas: aduentus dei factus ad
homines. Itaq̄ dies iste pro eo quod in eo christus est: natalis
dicitur. Quē ideo observare per revolutum circulum an
ni festa sollempnitate debemus: vt in memoriam revo
cetur quod natus est christus saluator noster:

Sermo beati leonis pape de Natiuitate domini

Auctor noster dilectissimi (C nri Tractans

Hodie natus est: gaudeamus. Neq enim locum fas est esse ibi tristicie, ubi natalis est vite: que consumpto mortalitatis timore, merorem nobis de promissa eternitate leticiam. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur. Una cunctis leticie cōmunis est ratio. Quia dominus nr peccati mortisq destructor, sicut nullū a reatu liberū reperit: ita pro liberandis oībus venit. Exultet sanctus: quia appropinquat ad palmā. Gaudeat peccator: qa inuitatur ad veniam. Animetur gentilis: quia vocatur ad vitam. Dei nāq filius secundum plenitudinem tpis quam diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, recōciliāndam auctori suo naturā generis assumpsit humanū: vt inuētor mortis diabolus per ipsam quā vicit vinceretur. In quo cōflictu pro nobis mito magno et mirabili equitatis iure certatum est: dum omnipotens dominus cum seuissimo hoste nō in sua maiestate, sed in nostra humilitate cōgreditur: obijciens ei eandē formā cādemq naturam: mortalitatis quidem partipem nostre, sed peccati totius expertem. Alienū quippe ab hac natiuitate est: quod de omnibus legitur. Nemo mundus a sorde: nec infans cuius vnius diei sit vita super terram. Nichil in istam singularem natiuitatem de carnis cōcupiscentia trāsiuit: nichil de peccati lege manauit. Virgo regia dauidice stirpis eligitur: que sacro gravidanda fetu, diuinā humanāq prolem, prius cōceperit mente quam corpore. Et ne superni ignara consilij, ad inusitatos paueret effectus: quod in ea operandum erat a spiritu sancto colloquio discit angelico: nec dampnū credit pudoris, dei genitrix mox futura. Cur enim de cōceptionis nouitate desperet: cui efficientia de altissimi virtute promittitur? Confirmatur credentis fides etiam precūtis attestatione miraculi: donaturq elizabeth inopinata fecunditas: vt qui cōceptum sterili, daturus non dubitaretur et virgini. Verbum igitur dei, deus, filius dei: qui in principio erat apud deum, per q facta sunt oīa, et sine quo factum est nichil, propter liberandum hoēm ab eterna morte factus est homo: ita se ad susceptionē humilitatis nostre, sine diminutione sue maiestatis inclinās: vt manens quod erat assumeretq quod nō erat veram serui formā, ei forme in qua deo patri est equalis vniret: et tanto federe naturā vtrāq cōseueret: vt nec inferiorē cōsumeret glificatio, nec superiorē minueret assumptio. Salua igitur proprietate vtriusq substantie, et in vnam coeunte personam, suscipitur a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab eternitate mortalitas: et ad deponendum cōditionis nostre debitum, natura inuiolabilis, nature est vnita passibili deusq verus, homo verus in vnitatem domini tpatur: vt quod nostris remedijs congruebat: vnus atq idem dei hominūq mediator, et mori posset ex vno, et resurgere posset ex altero. Merito vir

Cuncte integritati nichil corruptionis intulit partus salutis: quia custodia pudoris fuit edicio veritatis. Talis ergo dilectissimi natiuitas decuit dei virtutem et sapientiam christum: qua nobis et humilitate conferueret: et diuinitate precelleret. Nisi enim esset deus verus: no afferret remedium. Nisi esset homo verus: non preberet exemplum. Ab exultantibus angelis nascente domino, gloria in excelsis deo canitur: et pax in terra bone voluntatis hominibus nunciatur. Vident enim celestem ierusalem, ex omnibus mundi gentibus fabricari. De quo ineffabili diuine pietatis opere, quantum letari debet humilitas hominum: cum tantu gaudeat sublimitas angelorum? Agamus ergo gratias dilectissimi deo patri per filium eius in spiritu sancto: qui propter multam misam suam qua dilexit nos misertus est nostri: et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos christo: ut essemus in ipso noua creatura, nouum figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis: et adepti participationem generationis christi, carnis renuntiemus operibus. Agnosce o christiane dignitatem tuam: et diuine consors factus nature, noli in veterem vilitate, degeneri conuersatione recedere. Memento cuius capitis et cuius sis corporis membrum: reminiscere qz erutus de potestate tenebrarum, traslatus es in dei lumen et regnum. Per baptismatis sacramentum: spiritus sancti factus es templum. Noli tanti habitatorem pelluis de te actibus effugare, et diaboli te iterum seruituti subjicere: quia pretium tuum sanguis est christi, qui veritate te iudicabit qui mira te redemit: dns ihs deus noster, qui viuit i secula Amen.

Alius Sermo eiusdem leonis pp̃e de nativitate saluatoris nri

Exultemus in domino dilectissimi et spirituali iocunditate letemur: quia illuxit dies redemptionis noue, reparationis antique, felicitatis eterne. Reparatur enim nobis eterne salutis nostre annua reuolutione sacramentum: ab initio promissum, in fine redditum, sine fine mansurum. In quo dignum est nos sursum erectis cordibus diuinum adorare mysterium: vt quod magno dei munere agitur, magnis etiam gaudijs celebretur. Deus enim ops et clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus mira est: statim vt nos diabolica malignitas veneno sue mortificauit inuidie, preparauit remedijs mortalibus pietatis sue remedia inter ipsa mundi primordia psignauit: denuncians serpenti futuru semen mulieris, quod nocij capitis elationem sua virtute contereret, christu scilicet in carne deu hominem significans: qui natus ex virgine, violatorem humane propaginis incorrupta natiuitate damnaret. Iam quia gloriabatur diabolus sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, et immortalitatis dote nudatum, dura mortis subisse sentencia, set in malis suis quodda de prevaricatoris gaudio inuenisse solatiu

deum quoꝫ iuste ſeuerit̃atis exigente rõe, ergꝫ hominẽ quẽ tãto honore condiderat, antiquam mutaſſe ſententiam: opus fuit charitſſimi, ſecreta diſpenſatione conſilij: vt incõmutabilis deus, cuius voluntas non poteſt ſua benignitate priuari, primã pietatis ſue diſpoſitionem ſacramento occultiore cõpleret: et homo diabolice iniquitatis verſutia actus in culpam, contra dei propoſitum nõ periret. Jngreditur ergo hec mundi infirma dei filius de celeſti ſede deſcendens et a paterna gloria non recedens: nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine: qz inuiſibilis in ſuis, viſibilis factus eſt in noſtris. Jncõprehenſibilis voluit cõprehendi: ante tempora manens, eſſe cepit ex tempore. Vniuerſitatis dominus ſeruilem formã obũbrata maieſtatis ſue dignitate ſuſcepit: ĩpaſſibilis deus, nõ dedignatus eſt homo eſſe paſſibilis: et ĩmortalis mortis legibus ſubiacere. Noua autem natiuitate generatus: qz inuiolata virginitas concupiſcentiam neſciuit, ſubſtantiã miniſtrauit. Aſſũpta eſt de matre domini natura non culpa: creata eſt forma ſerui, ſine conditione ſeruili: et nouus ho ſic cõtemperatus eſt veteri: vt et veritatem ſuſciperet generis, et vitiũ excluderet vetuſtatis. Verum naturam mia dei cum ad reparandum humanum genus ĩefficabiliter ei multa ſuppeterent: hanc potiſſimum conſulendi elegit viam: qua ad deſtruendũ opus diaboli, nõ virtute uteretur potẽtie, ſed ratione iuſticie. Nam ſuperbia hoſtis antiqui, non ĩmerito ſibi in omnes homines ius tirannicũ vendicabat: nec indebito dominatu premebat quos a mandato dei ſpontaneos in obſequium ſue voluntatis illexerat. Non itaꝫ iuſte amitteret originalem humani generis ſeruitutem: niſi de eo quod ſubiecerat vĩceretur. Cum igitur miſericors omnipotẽſꝫ ſaluator: ita ſuſceptionis humane moderaretur exordia, vt virtutem inſeparabilis a ſuo homine deitatis per velamen noſtre infirmitatis abſconderet: illuſa eſt ſecuritate hoſtis aſtutia: qui natiuitatem pueri in ſalutem humani generis procreati, non aliter ſibi, ꝫ oĩm naſcentiũ putauit obnoxiam. Vidit enim vagientem atꝫ lacrimantem: vidit pannis obuolutum, circũciſioni ſubditum, et legalis ſacrificij oblatiõe fructũ. Agnouit deinceps ſolita incrementa pueritie: et vſꝫ ad annos viriles de naturalibus non dubitauit augmentis. Jnter hec intulit cõtumelias multiplicauit iniurias, adhibuit maledicta, opprobria blaſphemias conuitia: omnem poſtremo in ipſum vim furoris effudit, oĩa tẽptamentoꝝ genera percurrit: et ſciens ꝙ humanã naturã inſeriſſet veneno, nequaꝫ credidit tranſgreſſionis eroꝛtem: quem tot documẽtis didicit eſſe mortalem. Perſiſtit ergo ĩprobꝰ predo et auarus exactoꝛ in eum qui nichil ipſius habebat inſurgere: et dũ vicinate originis ĩiudiciũ ſtrictale perſequitur, cyrographum quo nitebat̃ erudit: ab illo iniquitatis exigens penam, in quo nullã reperit culpam. Soluitur itaꝫ letiſere partionis maleſuaſa conſcriptio. Fortis ille nectitur vinculis ſuis: et ligato mundi principe captiuitatis vaſa

rapiuntur. Redit in honorem suum ab antiquis contagijs purgata natura: mors morte destruit, natiuitas natiuitate reparatur; qm et redemptio aufert seruitutem, et regeneratio mutat originē: et fides iustificat peccatorem. Quisq; igitur christiano noīe pie et fideliter gloriaris: recōsiliationis huius grām iusto perpēde iudicio. Tibi em quondam abiecto, tibi extruso paradisi sedibus, tibi per exilia longa morienti: tibi in cinerem et puluerem dissoluto, cui iam non erat spes vlla viuendi, per incarnationē verbi potestas data est, vt de longinquo ad tuum reuertaris auctorē, recognoscas parentem, liber efficiaris ex seruo, de extraneo proueharis in filium; vt qui ex corruptibili natus es carne, ex dei spiritu renascaris: et obtineas per gratiā quod nō habes per naturam. Habentes ergo tante spei fiduciam dilectissimi, in fide qua fundati estis stabiles permanete; ne idem ille temptator cuius a nobis dnationem christus exclusit, aliquibus nos iterū seducat insidijs: et hec ipsa psentis diei gaudia, fallatie sue arte corrumpat, illudens simpliciorib⁹ animis, de quorūdam pestifera persuasione; quibus hec dies solēpnitatis nostre, non tā de natiuitate christi, q̄ de noui vt dicūt solis ortu videtur honorabilis: quorū corda vastis tenebris obuoluta et ab oī incremento vere lucis aliena sunt. Trahuntur enim adhuc stultissimis gentilitatis erroribus: et ministra mundi luminaria, diuino honore venerantur; que et si mirandā habent pulchritudinē: adorandā tamen non habent deitatem. Illa ergo virtus, illa sapientia, illa est adoranda sola maiestas; q̄ vniuersitatem mundi creauit ex nihilo: et in q̄s voluit formas atq; mensuras terrenā celestēq; substantiā oīpotenti ratione produxit. Sol et luna et sydera sint comoda vtentibus, sint speciosa cernentibus; sint ita vt de illis gratie referātur auctori: et adoretur deus qui hec condidit, nō creatura que seruit. Laudate igitur dnm dilectissimi in oīb⁹ operibus eius atq; iudicijs; sit in vobis indubitata credulitas virginee integritatis et partus: reformationis humane sacrū diuinūq; mysterium, sancto atq; sincero honorate seruitio. Amplectimini christū in vera carne nascentem: vt eum videre mereamini deū glorie in sua maiestate regnantem cū deo patre et spiritu sancto. Amen:-

Sermo beati fulgentij episcopi in nata li dni legendus

Quoptentes aliquid de huius diei solempnitate narrare, simulq; considerantes illud vnū verbum de quo dicere volumus: nulla inuenimus verba quibus sufficienter aliquid dicere valeamus. Est enim hoc verbum non quod desinit prolatum: sed quod permanet natum. Nō transitorium, sed eternū; non factum a deo patre sed genitū: non solum genitum sed etiam vnigenitum. Vnum quippe vbū deus pater genuit de seipso per quod oīa creauit ex nihilo. In principio enim erat verbum; et verbum erat apud deū: et deus

erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Oia per ipz facta sunt et sine ipso factum est nichil. In hoc autem quod per illud verbum deus pater omnia fecit: oñditur qz hoc verbū genuit ipse non fecit. Illud igitur verbum de deo deus est, de creatore creator est. Unde hoc in se naturaliter habet esse quod pater est. Natus est itaq; de patre deo filius deus: alter in persona, non alius in natura: semper apud patrem, semper cū patre, semper de patre, semper in patre. Semper apud patrem: cum quo illi est naturalis īmensitas. Semper cum patre: cum quo illi vna est naturalis eternitas. Semper de patre: de quo illi est naturaliter eterna natiuitas. Sēper in pr̄e: cū quo illi est naturaliter equalisq; diuinitas. Et alter quidem ille qui pater est, alter ille qui filius est: neuter tamen alter deus, qz pater et filius vnus est deus. Quapropter qñ de patre deo et filio deo nascitur sermo digne dicimus alterum esse patrem et alterū filium: et nichilominus digne dicimus vnum deum esse patrem et filiū. Cum eī genitoris genitiq; monstramus. Cum vero vnum deum dicimus oñdimus. Altera est ergo persona genitoris et geniti: sed vna est natura genitoris et geniti. Quando vero sufficienter aut digne loquetur, quis de quo, homo de deo, mortalis de mortali, visibilis de inuisibili, mutabilis de icōmutabili, opus de opifice, de creatore creatura, de factore factura, paruus de immenso, temporalis de eterno, humilis de altissimo, plasmator e limo de illo qui omnia creauit ex nichilo? Cuius est inenarrabilis potentia, qua nos gratuita bonitate fecit: nec minus tamen īenarrabilis gratia qua nos oīpotentissima miseratione saluauit. Qui et opus creatricis omnipotentie gratis fecit: et opus gratie saluatricis oī potenter impleuit: illic habens potestatem condendi et regendi creaturam suam: hic habens potestatē pro nobis ponendi et sumendi animam suam. Omnipotentiam vero nūc dicimus qz verbum quod in principio erat et apud deum erat, et deus erat fecit omne quod non erat: gratiā vero qua verbum caro factum venit querere et saluum facere quod perierat. Omnipotentiā qua fecit omnem diem: gratiam qua certo die concipi et certo die dignatus est nasci. Idem igitur minoratus paulominus ab angelis in die factus est hominum: qui coeternus et equalis deo patri dies sanctorum semper est angelorum. De ipso quippe propheta dicit. Bene nūciate de die in diem salutare eius. Quid est diem de die, nisi filium de patre? Et igitur de patre filius, de die dies: sed tamen pater et filius non duo dies, sed vnus est dies. Est igitur de patre filius de deo deus: pater tamen et filius non duo dij sed vnus est deus. Vnus igitur dies eternitatis simul pater et filius a nobis agnoscitur: in die autem temporis solus filius inuenitur.

Dies autē eternus pater et filius nostrum corpus et animā fecit: in die vero temporis solus filius nostrū corpus animāq; suscepit. Christus dies eternus vnigenitus in forma dei manens, christus in die temporis vnigenitus formam serui accipiens. Christus dies eternus diues permanens vt conderet nos: christus in die tēporis pauper factus vt redimeret nos. Dies eternus christus deus de deo patre: christus in die temporis deus homo de virgine mātre. Christus dies eternus verbum eructatum de corde patris: christus in die temporis verbū caro factum de vtero virginis matris. Christus dies eternus deus verus de deo vero: christus in die temporis, sponsus procedens de talamo suo. Dies eternitatis christus angelos creans: dies in tempore christus homines saluans. Dies eternitatis christus: in celo sanctos angelos pascens, dies temporis christus, homines in terra reficiens. Vt enim panem angelorum mādūcaret homo, creator angelorum factus ē homo: vtrosq; pascens et integer permanens. Quam bonus panis qui et angelos per speciem vt de ipso satientur in patria, et nos pascit per fidem ne deficiamus in via! Ille panis qui seipz dat angelis ad gaudium stabilitatis, seipsum dedit hominibus ad remedium sanitatis: et qui est angelorum esca nobis factus est medicina. Verūtamen hic dilectissimi fratres attendite magnitudinem gratie, et agnoscite quid deus homini dignatus est prōgare. Christus enim dei filius, de vero deo, deus verus, et vnus cum patre naturaliter deus, semper ex seipso sanctos angelos pastit: sed tamen angelicā naturā dei filius non accepit. Vt autem suā caritatem deus cōmendaret in nobis, filius eius naturā nostram susceppit ex nobis, et deus vnigenitus qui panis est angelorum, vt etiā homini se faceret panem: simul hominis et aīam suscepit et carnem. Accepit vtrāq; veram, vtrāq; sanctam, vtrāq; mundam. Accepit animam nostram sine iniquitate: accepit carnem nostram cum mortalitate. Accepit animam iustam, per quam nostris animabus iusticiam redderet. Carnem vero propterea dignatus est habere mortalem, vt secundum ipsam etiam resurgeret, per quam nostra quoq; corpora suscitaret. Magnum misterium dilectissimi fratres, magnum diuine dilectionis indiciū, homo deū cōtemnens a deo discessit: deus hominē diligens, ad hominem venit. Dilexit impium vt faceret iustum: dilexit infirmum vt faceret sanum. Dilexit peruersum vt faceret rectum: dilexit mortuum vt faceret viuum. Et quid amplius dicam, qñ quidem deus vnigenitus humanā naturam tantum dilexit, vt eam non solum a potestate mali angeli liberaret, verūetiam in seipso super omnes bonos angelos in patris dextera collocaret. Natura enim que in primo homine a malo angelo captiuata fuerat: ipsa nunc in secundo homine super omnes bonos angelos regnat. Natura que in primo homine mūdū peccato polluit: ipsa in

secundo homine mundum a peccato mundauit. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Primum hominē mulier corrupta mente decepit: secundum hominem virgo incorrupta virginitate concepit. In primi hominis cōiuge, nequitia diaboli seductam damnauit mentem, in secundi autem hominis matre, gratia dei et mentem integram seruauit et carnem. Illi contulit firmissimam fidem: carni abstulit omnino libidinem. Quoniam igitur miserabiliter pro peccato dampnatus est homo: ideo sine peccato mirabiliter natus est deus hō. Attēdite frātres medicinalis gratie lineas: diuina nobis pietate mōstratas. Tunc ad euam angelus malus accessit, vt per eam homo q̄ deus fecerat separaretur, nunc autem ad mariam bonus angelus venit: vt in ea humane nature deus vnigenitus vniret. Venit ad euam diabolus, vt vitam nobis malignus auferret: venit ad mariam gabriel: vt vitam redditam hominibus nūciaret. Per primi hominis culpam cepit diabolus homini dnari: per secundi hominis gratiam, cepit ab homine superari. Sub primo superbus: sub secundo captiuus. Per illum nos captiuos tenuit: per istū nos liberatos amisit. Primus adam nobis extitit auctor culpe: nouissimus adam, nobis auctor extitit gratie. Ille de limo plasmatq̄ terre nos protulit: iste de spiritu sancto natus celestes effecit. Per illum perdidimus gratiam priorem: per istum recepimus ampliorem. Ille quippe nobis intulit peccati maculam, cum qua nasceremur ad supplicium: iste nobis contulit iustificationis gratiam, vt renascteremur ad regnum. Per illum nos seculi filios generatio carnalis effecit: per istum nos filios dei generatio spūalis exhibuit. Ille nos vitijs subdidit: iste nos floxere virtutibus fecit. Ille nos per vitia deiecit quo primus cecidit: iste nos per virtutes eleuat, quo primus ascēdit. Ille primus cecidit in infernum: iste primus conscendit in celum. Interea fratres dignum est: vt in die dominice natiuitatis, diem quoq̄ dñice resurrectionis solempniter audiatis. Vnigenitus enī deus sicut pro nobis dignatus est nasci, sic pro nobis secundū carnem dignatus est mori: dignatus est etiam suscitari. Iste quippe dies est visitationis ille redēptionis. Opus enim gratie qua nos deus de sepulchro resuscitauit impleuit. Conceptus in vtero factus est particeps mortis nostre: resurgens de sepulchro fecit nos participes vite sue. Nunc itaq̄ omnes dominum exoremus, vt sicut in isto die gaudium suo populo tribuit, ad illū quoq̄ diem cū gaudio et pace perducat: populūq̄ suum in fide et caritate custodiat.

Justissime fratres festiuitatis presentis diei in omnē se gaudium totus vbiq̄ suscitat mundus: q̄z hodie promissus a seculis vniuerso orbi, iudex natus est et redemptor. Et necesse est vt in cōe nos oēs qui futuri examinis, resurrectionisq̄ promisse salutarē suscepimus fidem: habeamus metum quidem de iudice, sed de redēptore leticiā.

Ꝺ bñ maxim de eodem

Omnis nanq; fidelis anima timore corrigitur: correctiõe letatur. Et in hoc carissimi quanta erga humanũ genus oĩpotẽtis patris dispensatio est, quantaue benignitas? vt ꝙ iudicem preparabat incredulis, hunc credituris promitteret redemptorem: quatenus precurrens mĩa, securitatem aduentandi iudicis preueniret. Hodie itaq; natus est christus. Sed in natiuitate eius, nostra omnium habet vita natalem? qz qui priuilegia prime natiuitatis amisimus: visitante nos christo, sanctiore partu redimus ad vitam. Hodie peperit maria: sed ipsa suum parturiuit auctorem. Hodie edidit mundo hominem: quem non suscepit ab homine. Quid hoc est miraculi fratres? Nascitur caro de carne, non tamen gñãta per carnem: et secreto quodam, incõprehensoq; conceptu procedit de mortali femina, diuina progenies. Nec mirum sane si extitit diuina natiuitas, vbi non erat humana cõceptio: aut si illam matrem non violauit partus, quam coitus non fedauit. Ait ille quondam futurorum conscius ysaias: populis et gentib9 signũ noue salutis aperiens. Ecce virgo in vtero concipiet et pariet filium? et vocabit nomen eius emanuel: ꝙ est interptatum nobiscum deus. Atq; vt aduertamus noui ac veteris testamenti vnum esse cõsensum vnũq; consilium: ait etiam beatissimus lucas dñice gñationis relator egregius dicens. Missus est angelus gabriel a deo ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph: et ad illam ait. Ecce concipies in vtero et paries filium, et vocabunt no" eius iesum. Jhesus autem carissimi latino sermone saluator dicit. Ecce qualiter se mutuo concordantib9 sententijs testimonia diuina confirmantur, et cum predicantium diuersa sint tpa non tamen diuersa narratio. Nam partum virginis ꝙ ille p̃ dixerat: iste testatur. Quis igitur de diuinitate christi, quis de redemptione cunctetur? quem et ysaias profitetur deum, et gabriel annũciat saluatorem? Quis intacte puerpere dubitat floruisse aluum? quod vno pene ore, eodẽq; spiritu proloquũt ewangelista angelus et propheta? Vbi tanti taleq; sunt testes? non erubescat veritas: sed auditor incredulus confutatur. Sed videamus iam quas pro nobis natus christus perferat iniurias: quibusue rursus iniurie ille virtutibus decorentur. Et ante oĩa femineo se sexu concipi patitur: qui in exordio mundi, oĩpotenti manu de masculo operatꝰ est feminam. Sed hanc humilitatẽ nascendi virginalis matris sublimat integritas? et quãuis natus christus femineo vt infans lacte pascatur, tñ vt rex potens virgineis nutritur uberib9: atq; vt primum illum in has secili procellas et fluctuantis sentinam mundi vterus maternus effudit vilissimis circũdatur pannis. Pannis induitur ille pro nobis: ꝙ cum crearet oĩa, terras luce perfudit? celum syderib9 adornauit: et ignea solem claritate vestiuit. Obuoluitur quidem pannis? sed hꝫ panni noua stella radiante muner[a]nt a magis: et exultã

tibus angelis honorantur honorantur Et vt nouerimus vni
uersa hec per mysterium vel fieri vel dici: hic qui pannis circū
uoluitur predicatus ab initio de sinu patris eternoq thalamo
salutarium nuptiarū sponsus venit e celo: sicut ait venerāds
dauid. Ipse tanq sponsus procedens de thalamo suo. Deinde
vt legitur ponitur in presepi: qz vt ait ewangelista non erat
illi locus in diuersorio. Ne quem fratres ista permoueant: qz
omnis hec in saluatore vilitas preciosissimum nostre salutis
est sacramentum. Videte enim quanta sapientia collocari ch
ristus dicitur in presepi: qui gemina quadam gratia humani
generis et esca erat futurus et pastor. Qui bene in presepio po
nitur: vt ad pabula perhennis vite spiritaliū ouium greges ag
ni celestis balatu muniret. Non erat ei inquit locus in diuersorio.
Numquid tante illius erant angustie mansionis: vt nati
sub hoza paruuli membza non caperet? Sed idcirco mistico cir
cumfertur sermone, non inueniri locum in diuersorio: qz ingres
sus mundum chzistus fidem in qua posset requescere nō inue
nit: vt ait ipse in ewangelio dicens filius hominis non habet
vbi caput reclinet. Unde aduertimus: qz vnicus dei filius non
in spaciosis domibus auratisq lazarus sed in fide credentiū
requieuit. Nunc ergo chm iheſum sugentem vbera, nascenci
um infantium more vagientem, vilibus circūdatum pannis,
iacentem in presepi, angelica ministeria prosequunt, et oīs
celestis exercitus multitudo mirat consona cum voce collau
dans et dicens. Gloria in excelsis deo: et pax in terra hoīb bo
ne voluntatis. Gloria vtiq deo, qui desperatis moztalibus mu
nus eterne salutis exhibuit: et pax hominib bone voluntatis:
quo certamine suo chzistus suoq prelio in regnum proprium
diabolica de captiuitate reuocauit. Et q congrue ewangelicus
mitonat sermo cum dicitur. Gloria in excelsis deo, et in terra
pax hominibus: quod idem ipse dei filius et apud angelos glo
riosus est in celis: et bone voluntatis hominibus. pacem pstat
in terris. Propter qd dilectissimi cōpetentib gaudijs tanta
de salute letemur: atq angelicis nos vocibus sociantes hono
re debito misteria semper chzisti virtuteq laudemus.

Sermo eiusdem ruinus supra de natiuitate domini ..

Hodie fratres charissimi chzistus natus est: nos renati.
Hodie saluator mundi per matrem nascendi tempus
accepit: qui de patre natiuitatis non habet tempus. Hodie
per hominem filius dei ingressus est mundū: cuius manu
ante hominem factus est mundus. Hodie habitator celi venit
ad terras: qui terrarum incolas euocaret ad celum. Mirabi
lis inquit deus in sanctis suis. Si in sanctis suis mirabilis:
quomodo non in seipso mirabilis? Si mirabilis in iohanne
quem nasci de patre senissimo, et sterili de mre precepit: qm

to magis in se est mirabilis, qui vt nostre conditionē carnis in dueret, nouum virgini et conceptum dedit et partum? Ait sancty abacuc propheta. Dñe audiui auditū tuum et timui: considera ui opera tua et expaui. Quis non metuat et expauescat, tanti profunditatem misterij? qñquidem vnus idēq; sine cōceptio ne natus est deus, et sine creatione factus est homo? Duas in chzisto gñationes legimus: sed in vtraq; inconphense diuinita tis est virtus. Ibi enim illum ex semetipso genuit deus: hic eū virgo deo operante concepit. Ibi sine mitio: hic sine exēmplo. Ibi natus vt conderet vitam: hic factus vt tolleret moztem. Ibi patri natus: hic hominibz procreaty. Illa natiuitate hoēm fecit: hac generatione hominem liberauit. Utrāq; fratres gñationē eius non posse enārrari: sententia hec vna complectitur. Illa enim ante hominē: ista supza hominem. Illa incogitabilis: ista mirabilis. Cum autem duas chzisti docemur natiuitates nobis asseritur dei filius natus: sed gemina in vno dei filio cō firmatur esse substantia. Ibi quod erat natus: hic ꝙ non erat factus est. Ait de his beatus euāgelista iohānes. In prīcipio e rat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Et iterū. Et verbum caro factum est. Igitur deus qui apud deū erat, prodyt adeo, et caro dei, que in deo non erat, processit ex fe mina. Ita verbum caro factum est, non vt deus vacuaretur in hominem, sed vt hō glorificaret in deum. Itaq; nobis natus ē deus: sed ex duabz natiuitatibus. i. dei et hominis, seipsum vnige nitus patris, atq; in sese hominē vnum esse voluit deum. Gñatio nem ergo eius quis enarrabit? Fratres gñatio chzisti si narrari non potest: credi potest. Si lingua deficit: fides proficit. Magny enim profectus est fidei: cum tantum de deo suo concipit, quantū sermo non potest parturire. Cauete dilectissimi ne gñi vos de hyis incredulitas moueat: qz si homo non valet explicare quod sentit: deus sine dubio potuit implere ꝙ volut. Et perabsurdū est fratres vt ineffabilem deum infirmissimo fragilitatis nre sermone pensemy: amentie res est vt operationes maiestatis immense, inter exigua corruptibilis ozis nostri conemur verba concludere. Quo enim conphendere potest homo deum? factus ingenitum, moztalis eternum? Si inuestigare niteris, qualiter deus in hominem vel transiuit in deum: inuestiga prius si po tes, quo ex nihilo factz sit mundus, celum vnde resplenduit, aquarum liquoz, terre solliditas, qua ratione subsistunt? quo etiam de homo de terra: de masculo femina. Itemq; per femi nam masculus: quid illud est post omnia quod lumen gignat ac tenebras, quod vitam facit ac moztem. Si ergo teipsum o hō et que propter te facta sunt, qualiter aut quo vnde sint facta comprehendere non vales? qua psumptione, quaue stultitia tu um ipsius atq; omnium discutis creatorem? Natum ergo de deo

patre deum: eundēq; deum hominem factum de virgine cōfitem̄.
Sed hec kīm rationi cetera sunt: fidei manifesta. Tunc enim par
te ex aliqua indefinite maiestatis eius poterimus immensā ri
mari: si aduertamq; quantus qualisue sit deus: a nobis non pos
se cognosci, vt ait dominus ad moysen. Tu aūt non poteris faciē
videre meam, id est non potes carnalibus oculis meam sicut est
inspicere deitatem. Beatus nāq; dauid virtutem oīpotentie eius
intendens: clamabat dicens. Mirabilia opera tua dñe: et anima
mea nouit valde. Valde enim sciebat alia prophetalis opera dei oēz
meditationem humane mentis excedere: propterquod sapientissi
mus patriarchā mortalis sensus conclusus angustijs, q̄ inuestiga
re non poterat mirabatur. Quis ergo hoīm aut discutere aut in
quirere audeat: tantus ex prophetā miratur? Mirabilia inquit
opera tua, et anima mea nouit valde. Hoc ipsum eñ quod mēo
prehensibilis est deus, anima eius nouerat: caro sentire non po
terat. Omnis ergo qui opera dei magis vult examinare quam
credere, non sequitur aīe sensum, sed carnis errorem. Et ideo frēs
non discutiamq; qualiter deus de deo natus est, sed credamus: nec
retractemus partum virginis sed miremur: vt vnigenitum dei,
deum et hominem confitentes inoffensam teneamq; celestis fidei
veritatem.

Sermo eiusdem cuius supra de eodem festo

In aduentu dñico fratres carissimi solutus est omnis paterne pre
uaricationis metus: quem diaboli dudum fraudibus inturbit circū
uenta mortalitas. Adest enim nobis celi terreq; iudex: qui rescisso cy
rographo delictorum reatum nostrum miseratq; absoluit. Adest ille dñs:
qui iugum captiuitatis antique nostris a ceruicibq; soluens, merorem
mundi, eterna libertate letificet. Adest rex ille mansuetus: qui per spa
cia totius orbis celestis iustitie gressibus incedens, superbientem fu
rentis inimici cōterat tyrannidem. Hodie namq; parturiente maria
natus est nobis dei filius: vt germane carnis nostre conceptiōe, pdur
tus, creato a se homini, et pietatem paternam, et fraternū largiret
affectum. Et natus sane ab intacta est femina: vt eum pariter et
hominem partus testaretur humanus: et deum probaret eterna vir
tus. Nam sicut non poterat nisi caro de carne nasci: ita non pote
rat dei caro de femineo vtero nisi sine generante prodire. Propter q̄
ait angelus beatissime marie. Spūs sanctus superueniet in te, et virtq
altissimi obumbrabit tibi: et quod nascetur ex te sanctū vocabitur
filius dei. Spiritus inquit sanctq superueniet in te. Idcirco tibi frater
virtutem sancti spiritus angelicus sermo preterit: ne coniecturis
carnalis disputationis ebetatus, celeste tibi ipse misteriū terrena ar
gumentatione confundas. Aut non putas eum nouum puerū in aluo
virginis potuisse formare: qui cum primum conderet hominem,
nec semen patris, nec viscera materna quesiuit? Dic itaq; quicun
q̄ es superne dispensationis arbiter et discussor: que tibi videt̄ emi
nentior virtus? partum dedisse virgini, aut perfectum hominem

creasse de terra? Primus enim homo vt ait apostolus de terra terrenus. Secundus homo de celo celestis. Si contra naturā esse cōtendis, quod in misterio redemptionis nostre sine viro puella asseritur concepisse? cuius queso nature est, q̄ in parente gñis nostri caro sine carne formata est? Que ista est ratio, ymo quam ceca contentio? vt non credatur facere hominem posse de femina, quem creditur fecisse de paluere? Si omnipotentis o homo tali in negotio esse p̄spicis voluntatem? de opere cur retractas? Qcq̄ enim sicut legitur dominus que voluit fecit in celo et in terra. Et si sollitic̄ p̄scrutaris: preter hunc legitimum, humane conceptionis vsum, tres valde mirabiles nascendi species, operatā reperies trinitatem. Et prima est quidem, quod adam figuratus ex limo est: secunda q̄ mulier formata de masculo? tertia que et celestis est: quod christy processit ex virgine. Quid horum non nouum, quid horum non mirabile? Quid horum si non fidem sequamur inquisitio poterit humana complecti? Quod autem mistico hoc conceptu visitare mūdū suū dei dignatus est filius, nostre hoc salutis necessitas flagitabat: nimirum, vt celestis gñatio repararet, q̄ natiuitas terrena perdiderat. Sed fortassis hunc qui naty predicatur ex femina, dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere contenty est in presepi, dum lachrimosis vagitibus concrepat, dū maternis lactetur vberibus: deum esse diffidis, ymo frater aduerte eum per ista, et vt hominem infirma pro infirmis pertulisse, et vt deum potentiā exercuisse celestem. Hic nempe qui sordentib̄ circūdat pannis: regȳs per caldeos muneribȳ honorant. Hic qui in presepi humilis iacet: lumine noui sideris coruscat e celo. Hic qui vagitus reddit infantie: angelici ex̄citus vocibus collaudatur, hic qui femineo lacte nutritur: multa hominū milia paruissimo pane saciauit. Quid illud adiciam, q̄ deum illum, et verum dei esse filium, resurgens a mortuis lazarus probat, recepto lumine cecus annunciat, venerandis eius calcata vestigȳs, maris vnda testatur? et q̄ preterlit hec oīa, resultans e celo paterna vox confirmat? Propter quod dilectissimi, tam magnum hoc natiuitatis dñice sacramentum: dignis vocibȳ honoremus. Diligamus pre omnibus castitatem? quia vt placere hanc sibi chs oīderet: puditiciam vteri virginalis elegit. Sectemur mīam: quia pietatis est quod saluamur. Iusticiam sollicite teneamus? q̄a ob hoc vnigenitus dei effigi dignatus est homo: vt veritatem predicans vniuersam mundi faciem dampnata iniquitate purgaret.

HOdierni misteriȳ sa- Sermo eiusdem minus supra
cramentum fratres charissimi sicut credidistis semper et creditis: reparatio est salutis humane, virtutum natiuitas, ruina viciorum. Hodie namq̄ christus iesus dominus nr̄, in quo diuinitatis est plenitudo: carnis nostre infirma suscipiens, nouȳ natus est hō. Hodie refulcit secundus ille adam, non incola sed domin̄ paradisi? quem interdicte arboris pulchritudo non fallat, serpens nō decipiat:

mulier non seduxat. Hodie exortum est in tenebris lumen: hodie illud quod celi et celi celorum se habere gaudebant, mundus dum nescit accepit. Neque enim vt prius quidam, aut qui ante non fuerit, de semina nobis repentinus emersit: sed qui semper erat cum patre deus, sempiterne regnabat, nouo per virginem voluit mortalibus apparere mysterio. nouus quidem homo, sed dominus sempiternus: nouus christus, sed rex omnium seculorum. Ipse in fine temporum natus ex maria: qui ante omnia vnigenitus processit e patre. Hic est predictus a patriarchis, a prophetis predicatus: annunciatus ab angelis, ab apostolis approbatus. De vno eodemque legitur. In principio erat verbum: et verbum caro factum est. Gaude ergo nunc et exulta ad deum tandem conuersa gentilitas. Percepisti donum quod abraham in spiritu se vidisse letatus est: meruisti per christum, quod mereri quondam hebreorum gens electa non potuit. Timens enim israhel et tremens mirabatur vt legimus, quod moyses populi princeps reconditus in nube et in vertice montis altissimi, solus cum domino loqueretur. tibi vero sic natus est christus et tanta se nobis dignatione concessit: vt loqueretur omnibus et ab omnibus videretur. Ad illum tunc montem synai, quicunque tunc accessisset ex populo, presenti puniebatur interitu: ad hunc vero montem qui hodie natus est mundo quicunque non accesserit, morietur. Et tunc quidem vnus populus erudiebatur ad fidem: nunc vero omnes gentes vocantur ad vitam. Viderunt venerabiles patres nostri innumera magnaque mirabilia. Celum illis angelicas vocauit escas: dulcia pocula lapis durissimus ministrauit. Jordanis perpetem meatum suum retorsit in fontem: pauidissimi hostium muri turbarum strepitu corruerunt. Sol quoque commoratus in celo longiorem triumphanti populo prestitit diem. Hoc vero nullis antea videre seculis datum est: vt vnigenitus altissimi, quem trementes archangelorum suscipiunt potestates hominem se hominibus exhiberet, et carnem quam sumpsit ab hoc transformaret in deum. Amplectere ergo dignationem maiestatis eterne: et ne archanam dei tui discutias voluntatem: quia omnibus quidem natus est christus, sed fidelibus dat salutem. Quod si tibi sensuum tuorum fragilitate minus dignum videtur, filium dei natum de femina credere: virginem cogita peperisse. Si tibi panni quibus inuolutus est forsitasse vilescunt: angelos collaudantes et multitudinem celestis exercitus admirare. Si presepe in quo infans iacuit despicis: erige paulisper oculos et nouam in celo stellam protestantem mundo natiuitatem dominicam contuere. Si terrena vilia: crede mirifica. Si de hijs que humilitatis disputas: que alta sunt et celestia veneraare. Hijsdem enim referentibus, hijsdemque auctoribus de domino saluatore, que humilia et que gloriosa sunt didicisti: vniuersa que ad salutis tue misterium pertinebant sacra tibi euangelia prodiderunt. Habes in his vnum dominum iesum et natiuum hominem credas: et deum esse dubitare non possis:

Sermo beati Fulgentij epi de sancto stephano pthomrē

Heri celebrauimus temporalem sempiterni regis nostri natalem. Hodie celebramus triumphalem militis passionem. Heri enim rex noster trabea carnis indutus de aula uteri virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum. Hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triumphator migrauit ad celum. Ille sempiterne deitatis maiestate seruata, seruile tinctorium carnis assumens in huius seculi campo pugnaturus intrauit: iste depositis corruptibilibus corporis indumentis ad celi palatium perhenniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne velatus: iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste lapidantibus iudeis: quia ille descendit letantibus angelis. Gloria in excelsis deo heri exultantes sancti angeli cantauerunt: hodie stephanum letantes in suum consortium susceperunt. Heri dominus exiuit de utero virginis: hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri christus pro nobis pannis ē inuolutus: hodie stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri presepis angustia christum portauit infantem: hodie immēsitas celi suscepit stephanum triumphantem. Dolus descendit dñs vt multos eleuaret: humiliauit se rex noster vt suos milites exaltaret. Qui enim corpori suo virginis preparauit uterum: ipse martiri suo aperire dignatus est celum. Dominus christus angustias intrare non dedignatus est uteri: vt animam stephani latitudo susciperet celi. Necessarium tamen nobis est fratres agnoscere quibus armis precinctus stephanus seuitiam iudeorum potuit superare: vt ita meruisset triumphare feliciter. Neq enim parui pendenda sunt talis victus talisq triumphus. Haud vero vilibus armis potuit premuniri: qui a multis non potuit superari. Inuicte namq in eo enituit insigne virtutis: que nec frementium seuitiā formidauit, nec lapidantium ictibus deuicta fuit succubuit. Usq adeo enim inter frementes permansit intrepidus, et inter lapidantium fuit cruciamenta securus: vt incredulitatem iudeorū fidēter argueret: et benignus pro lapidantibus exoraret. Quid est ergo tam magnum atq insuperabile genus amoris quo munitus seuientes argueret lapidantes, hā repercutiens sed patiens superaret: insuper et ocrasus aulam celestis regni viuus et coronatus intraret: procul dubio munimine regio septus nullatenus est ab aduersarijs superatus: qm rex noster cum sit altissimus, pro nobis humilis venit: sed manus venire non potuit. Hic magnum quippe donatiuū suis militibus attulit: quo eos non solum copiose ditauit, sed etiam ad certandum inuictissime confortauit. Attulit namq donum caritatis: quo perduceret hominem ad consortium deitatis. Quod ergo attulit erogauit, nec sibi aliquid minuit, sed mirabiliter et suorum fidelium pauperiem ditauit: et indeficientibus thezauris plenus ipse permansit. Caritas ergo que ad terram de celo descendit christum: ipsa stephanū de terris eleuauit ad celū. Caritas

que pcteſſit in rege: ipſa ſubſequenter refulſit in milite. O admiranda vbiq; potentia ſaluatoris: o predicanda indeſinenter gratia redemptoris. Oſtendit in matre virginitatis eterne miraculum: demonſtrauit in matre inuicte caritatis inditium. Intemerata quippe intemerata permanſit in virgine: dilectionis veſtis inuicta perſeuerauit in martire. Et ſicut in matre dñi non potuit virginitas violari: ſic in martiris mente non potuit chriſti caritas tanto ſeuientium agmine ſuperari. Stephanus ergo vt nominis ſui cozonam meruiſſet accipere, caritatem pro armis habebat: et per ipſam vbiq; vincebat. Per caritatem dei ſeuientibus iudeis non ceſſit: per caritatem proximi pro lapidantibus interceſſit. Per caritatem arguebat errantes vt corrigerentur, per caritatem pro lapidantibus orabat ne punirentur. Caritatis virtute ſubnixus vicit ſaulum crudeliter ſeuientem: et quem habebat in terra perſecutorem, in celo meruit habere conſortem. Ipſa ſancta et inde feſſa caritas deſiderabat orando acquirere: quos nequiuit omnino monendo conuertere. Neq; enim fratres exiſtimandus eſt ſtephanus tunc inimicos dilexiſſe cum pro eis oraret: et non dilexiſſe cum eorum incredulitatem arguendo corriperet. Abſit hoc ab aĩa martiris: ad celi palatium feſtinantis. Ipſa enim ſancta caritas firmam ſeruauit in ore patientiam: que rigidam tenuit in correptione cenſuram. Et ideo in oratione audiri meruit lenitas q̃ ſine caritate non fuit in correptione ſeueritas. Ac per hoc ſiue orando ſiue corripiendo beatus ſtephanus caritatem reſeruauit: quia in vtroq; ſalutem errantium cogitauit: et inditio ſancte oratiõis oſtendit illam increpationem non fuiſſe odij ſed amoris. Hoc aũt faciens et preſentibus caritatem beatus martir exhibuit: et vtile nimis exemplum poſteris dereliquit. Demonſtrauit enim geminam eccleſiaſtici diſpenſatoris induſtriam: vt ad corrigendum cuiuſlibet peccantis errorem, et non deſit in ore correptio, et ad deum pro eo ſuppler effundatur oratio: vt qui malum facit, per increpationem de malis operibus confundatur, et per oratiõnem apud deũ adiuuetur: ac ſic ipſa caritas, et in ore iuſticiam ſonet vt errantẽ corrigat: et in corde patientiam ſeruet, vt pro errante oratiõnem puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem non corripuerit de negligentia iudicatur: qui autem pro eo non orauerit de pernicie condempnatur. Quocirca fratres ſiquando aliquis pro anime ſalute corripitur, non aſpernanter accipiat monita charitatis: nec preſentem triſticiam ſue voluntatis attendat: ſed conſideret que lucra vtilitatis acquirat. Idcirco enim arguitur vt a prauis operibus corrigatur: nec cum videt correptionem aliqua verborum auſteritate feruere, exiſtimet caritatem in corde frigeſcere. Sic enim vigilet in ore correptio: vt in corde non dormitet oratio. Ac per hoc in vtroq; peccanti conſulte proſpicitur: vt dum homo correptus de peccato confunditur, et a malis operibus ſeparetur: et per orationem

deo miserante saluetur. ¶Nam et sancta scriptura dicit: quoniam quem diligit deus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Christi ergo caritate compulsi, et bonos hortamur vt in bono perseuerent, et malos expellimus vt a malo discedant: presertim cum in istis duobus sanctis geminum nobis monstratur salutis indicium: vt si quis bonus est imitetur perseuerantiam in stephano, qui autem malus est sectetur exemplum conuersionis in paulo: vt qui bonus est equitatem vsq; in finem teneat: qui autem malus est, quatotius a sua peruersitate discedat: nec bonum hominem presumptio iustitie faciat negligentem, nec malum, iniquitas faciat desperantem: sed ille bonum fortiter teneat, iste malum celeriter deserat. Bonus timeat ne cadat: malus conetur vt surgat. Quicunq; ergo malus est cum paulo prosternatur in malo, vt cum eo erigatur in bono: quoniam ille cecidit malus et surrexit bonus. Prostratus est iniquus: et erectus est iustus. Cecidit seuissimus persecutor: et surrexit veridicus predicator. Cadens lumen corporis impius perdidit: surgens lumen cordis iustificatus accepit. Coniunctus est itaq; stephano, factus ouis ex lupo: et ecce nunc paulus cum stephano letatur, cum stephano christi claritate perfruitur: cum stephano exultat, cum stephano regnat. Quo enim precessit stephanus trucidatus lapidibus pauli: illuc secutus est paulus adiutus orationibus stephani. Quam vera vita fratres mei: vbi non paulus de stephani occisione confunditur: sed stephanus de pauli consortio gratulatur, cum caritas in vtroq; letatur. Caritas quippe in stephano superauit seuiciam iudeorum: caritas in paulo cooperuit multitudinem peccatorum. Caritas in vtroq; pariter regnum meruit possidere celorum. Caritas est igitur fons omnium bonorum et origo: munimen egregium: via que ducit ad celum. In caritate qui ambulat: nec errare poterit, nec timere. Ipsa dirigit ipsa protegit: ipsa perducit. Quocirca fratres cum scalam caritatis constituit christus, per quam ad celum omnis possit conscendere christianus: puram caritatem fortiter retinete, ipsam vobis mutue exhibete: et in ea proficiendo conscendite. Insistite operibus bonis: vt ad premia eterna peruenire possitis, adiuti gratia christi dni saluatoris.

Sermo beati Augustini epi de sco stephano

Ad aquas tibilitanas epo asserente prelecto: cognoui martiris gloriosissimi stephani memoriam. Veniebat magne multitudinis concursus et occursus: vbi cecta mulier vt ad epm portantem ducetur orauit: flores quos ferebat dedit: recepit oculos admouit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, preibat exultas viam carpens: et vie ducem vterius non requirens. Memorati memoriam martiris que posita est in castello siniciensi, quod yponiensi colonie vicinum est, eiusdem loci lucillus epus populo precedente atq; sequente portabat. Fistula cuius molestia iam diu laborauerat: et familiarissimi sui medici qui eam secaret, operiebatur manus: illius pie sarcine vectatione repente sanata est. ¶Nam deinceps eam in suo cor-

pore non inuenit. Eucharius est presbiter ex hyspania, calanie habitat, vetere morbo calculi laborabat: per memoriã supradicti martiris quam possidius illo aduexit epũs saluus factus est. Idẽ ipse postea morbo alio pualescentẽ mortuus sic iacebat: vt etiam pollices ligarentur. Opitulatione memorati martiris cum de memoria eius reportata esset et super iacentis corpus missa ipsius presbiteri tunica: suscitatus est. Fuit ibi vir in ordine suo primarij nomine martialis: eno iam grauis: et multum abhorrens a religione christiana. Habebat sane fidelem filiam: et genetrum eodem anno baptisatum. Qui cum eum egrotantem multis et magnis lachrymis rogarent vt fieret christianus: prorsus abnuit: cosq; a se turbida indignatione submouit. Visum est genero eius vt iret ad memoriam sancti stephani, et illic pro eo quantum posset oraret: vt deus illi daret mentem bonam qua credere non differret in christum. Fecit hoc ingenti gemitu et fletu: et sinceriter ardẽte pietatis affectu. Deinde abcedens aliquid de altari florum occurrit tulit: eiq; cum iam nox esset ad caput posuit. Tum dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat, vt ad epm currerctur: qui mecum forte tunc erat apud ypponen. Cũ ergo audisset eum absentem: venire presbiteros postulauit. Venerunt: credere se dixit: admirantibq; atq; gaudentibus oĩbus baptisatus est. Hoc quam diu vixit in ore habebat: christe accipe spũm meum, cum her verba beatissimi stephani qũ lapidatus est a iudeis vltima fuisse nesciret, que huic quoq; vltima fuerunt. Nam non multo post etiam ipse defunctus est. Sanati sunt illic per eundem martirem etiam podagrici ciues duo [illegible]: peregrinus vnus. Sed ciuis oĩo: peregrinus autem per reuelationem quid adhiberet qũ doleret audiuit. Et cum hoc faceret: dolor continuo conquieuit. Aduarus nomẽ est fundi: vbi ecclesia et in ea memoria est martiris stephani. Puerum quendam paruulum cum in area luderet: exorbitantes boues qui vehiculum trahebant rota obtriuerunt, et confestim palpitauit expirans. Hunc mater abreptum ad eandem memoriam posuit: et non solum reuixit: verũetiam illesus apparuit. Sanctimonialis quedam in vicina possessione que caspiliana dicitur, cum egritudine laboraret ac desperaretur: ad eandem memoriam tunica eius allata est. Que anteq; reuocaretur: illa defuncta est. Hanc tũ tunica opuruerunt cadauer eius parentes: et recepto spũ salua facta est. Apud yponẽ bassus quidam syrus ad memoriam eiusdem martiris orabat pro egrotante et periclitante filia: eoq; secum vestem eius attulerat: cum ecce pueri de domo [illegible] occurrerunt qui ei mortuam nunciarent. Sed cum orante illo ab amicis eius exciperentur: prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicũ plangeret. Qui cum domum rediisset, etiam suorum emulatibus personãtem et vestem filie quam ferebat super eam proiecisset: reddita ẽ vite. Rursus ibidem apud nos hyrenei cuiusdam collectarij filius egri

tudine extinctus est. Cumq; corpus iaceret exanime atq; a lugentibus et lamentantibq; ereq̃ pararentur: amicorũ eius quidam inter aliarum consolationum verba suggessit: vt eiusdem martiris oleo corpus perungeretur. Factum est: et reuixit. Item apud nos victor vunicius eleusinius super memoriam martiris q̃ in suburbano eius est, egritudine exanimatum posuit infantulum filiũ: et post oratiõẽ quam multis cum lachrimis ibi fudit, viuentem leuauit. Urali etiam que colonie vtice vicina est: multa preclara per eundem martirem facta cognouimus, cuius ibi memoria longe priusq̃ apud nos ab epõ cuodio constituta est. Cum enim illic nuper essemus petronia clarissima femina que ibi erat mirabiliter ex magno atq; diuturno in quo medicorum adiutoria cuncta defecerãt, languore sanata est. Hortati sumus volente supradicto loci epõ, vt libellum daret, qui recitaretur in populo: et obedientissime paruit. In quo posuit etiam quod hic reticere non possum. A quodam iudeo dixit sibi fuisse persuasum vt anulum capillatio vinculo insereret: quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur: qui anulus haberet sub gẽma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio: ad sancti martiris limina veniebat. Sed profecta a carthagine cum in confinio fluminis bagrade in sua possessione mansisset: surgens vt iter perageret, ante pedes suos illum iacentem anulum vidit: et capillaciam zonam qua fuerat alligatus mirata temptauit. Quam cum oĩno suis nodis firmissime sicut erat comperisset astrictam: crepuisse atq; exiluisse anulum suspicata est. Qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inuentus: future salutis quodãmodo pignus de tanto miraculo se accepisse presumpsit: atq; illud vinculũm soluens simul cum eodem anulo proiecit in flumen. Non credant hoc: qui etiam dñm iesum per integra virginalia matris cuirnum, et ad discipulos ostijs clausis ingressu fuisse non credunt. Sed hoc certe querant: et si verum inuenerint, illa credant. Clarissima femina est, nobiliter nata, nobiliter nupta: carthagini habitat. Ampla ciuitas ampla persona: rem quercntes latere non sinit. Vnum est apud nos factũ non magis non minus quam illa que dixi: sed tã clarum atq; illustre miraculum vt nullũ arbitrer esse ẏpponensium qui hoc non viderit vel didicerit: nullum qui obliuisci vlla rõe potuerit. Decem quidam fratres quorum septem sunt mares tres femine: de cesarea capadocie suorum ciuium non ignobiles, maledicto matris recenti patris eorum obitu destitute que iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit: tali pena sunt diuinitus coerciti: vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. In qua fedissima specie oculos suorum ciuium non ferentes: quaqua versum cuiq; ire visum est, toto pene vagabantur orbe romano. Ex hijs etiam ad nos venerunt duo frater et soror paulus et pauladia: multis alijs locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante pascha ferme dies quindecim. Ecclesiam quotidie, et in ea memoriam gloriosissimi stephani frequentabãt: orantes

ut ia sibi placaretur deus. et salute pristina redderet. Venit et
pascha: atq ipso die dominico mane cum iam frequens populus pñs
esset, et loci sancti cancellos ubi martirium erat idem iuuenis orans tene
ret: repente prostratus est, et dormienti simillimus iacuit: non tamē tre
mens, sicut etiam per sompnū solebat. Stupentibus qui aderant, atq a
lijs pauentibus, alijs dolentibus: cum eum quidam vellent erigere, nōnulli
prohibuerunt: et potius exitum esse expectandum dixerunt. Et ecce sur
rexit et non tremebat: qm sanatus erat: et stabat incolumis intuens in
tuentes. Quis ergo se tenuit a laudibus dei? Clamantium gratulāti
unq uocibus ecclia usq quaq completa est. Inde ad me curritur: ubi
sedebam iam processurus. Irruit alter quisq post alterū: omnis poste
rior quasi nouum quod alter prior dixerat nūciantes. Illeq gaudē
te et apud me deo gratias agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus:
inclinatur ad genua mea: erigitur ad osculum meum. Procedimus ad
populum, plena erat ecclia: personabat uocibus gaudioriū deo gratias
deo laudes: nemine tacente hinc atq inde clamantium. Salutaui po
pulum: et rursus eadem feruentioze uoce clamabāt. Facto tandem
silentio: scripturarum diuinarum sunt lecta solēpnia. Ubi autem
ventum est ad mei sermonis locum: dixi pauca pro tempore, et pro illig
iocunditate letitie. Nobiscum homo prandidit: et diligenter nobis oēz
sue fraterneq ac materne calamitatis indicauit hystoriam. Sequenti
itaq die post sermonem redditum: narrationis eius libellum in crasti
no populo recitandum promisi. Quod cum ex dñico pasche die tertio
fieret: in gradibus ecclie in qua de superiore loquebar loco, feci stare
ambos fratres. Cum eoz legeretur libellus: intuebatur populus uni
uersus sexus utriusq, unum stantem sine deformi motu, alteram in
membris oībus contrementē: et qui ipsum non viderant, quid in eo di
uine mīe factū esset, in eius sozore cernebant. Videbant enim quid in
illo gratulandum: quid pro illa esset orandum. Inter hec recitato eo
rum libello: de conspectu populi eos abire precepi. Et de tota ipsa cau
sa aliquanto diligentius ceperam disputare: cum ecce me disputante
uoces alie de memoria martiris noue gratulationis audiuntur. Cō
uersi sunt eo qui me audiebant: ceperuntq concurrere. Illa enim u
bi de gradibus descendit in quibus steterat: ad sanctum martirem
orare perrexerat. Que mox ut cancellos tetigit: collapsa similiter
uelut in sompnū sana sutrexit. Dum ergo requireremus quid fac
tum fuerit, unde ille strepitus letus extiterit: ingressi sunt cum illa
in basilicam ubi eramus: adducentes eam sanam de martiris loco. Cū
uero tantus ab utroq sexu admirationis clamor exortus est: ut uox cō
tinuata cum lachrimis non videretur posse finiri, perducta est ad eum
locū: ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem fratri
cui doluerant remansisse dissimilem: et nondū fusas preces pro illa
suas, iam tamen preuiam uoluntatem, tam cito exauditam esse cerne
bant. Exultabant in dei laude uoce sine uerbis: tanto sonitu, quantum
nostre aures ferre uix possent. Quid erat in cordibus exultantium? nisi

fides christi, pro quo stephani sanguis effusus est? Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula? in qua predicatur christus resurrexisse in carne, et in celum ascendisse cum carne? Quia et ipsi martires huius fidei martires: id est huius fidei testes fuerunt. Sermo beati ysidori

Iohannes apostolus et euangelista epi i festo Joannis apli et eua: filius zebedei frater iacobi, virgo est electus a deo: atq; inter ceteros magis dilectus. Qui etiam super pectus magistri recumbens euangelij sui fluenta de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit: et quasi vnus de paradisi fluminibus verbi dei gratiam in toto terrarū orbe diffudit. Quiq; in loco christi, christo iubente successit: dū sapiens matrē magistri discipulus par post christum alter quodāmodo derelictus est filius. Hic dum euangeliū christi in asya predicaret: a domiciano cesare in pathmos insula metallo relegatur: vbi etiam positus apocalipsim scripsit. Interfecto autem a senatu domiciano, exilio resolutus recessit epheſum: ibiq; ob hereticorū refutandas versucias, efflagitatus ab asye epis euangeliū nouissimus edidit. Cuius quidem inter alias virtutes, magnitudo signorū patet fuit. Mutauit in aurū siluestres frondium virgas, litoreaq; saxa in gemmas: item gemmarū fragmina, in propriam reformauit naturam. Viduam quoq; precepto populi suscitauit: et rediuiuū iuuenis corpus remeante a[n]ia reparauit. Bibēs letiferum haustum non solum euasit periculum: sed eodem prostratū poculo in vite reparauit statum. Hic autem anno septuagesimo septimo post passionem dñi saluatoris, sub trojano principe longeue vetustatis senio fessus, cum diem transmigrationis sue imminere sibi sentiret iussisse fertur effodere sibi sepulchrum: atq; ita valedicens fratribus, facta oratione, viuens tumulum introyt: deinde in eo tanq; in lectulo requieuit. Vnde audit vt quidam eum viuere asserant: nec mortuum in sepulchro: sed dormientem iacere contendant: maxime pro eo quod illic terra sensim ab ymo scaturiens ad superficiem sepulchri conscendat: et quasi flatu quiescentis deorsum ad superiora puluis ebulliat. De hystoria et mastira Relatio de eadem Johane

Audi fabulam, non fabulam sed rem gestam de iohanne apostolo: et memorijs oim traditā. Cum post tyranni obitum de pathmos insula epheſum rediret: rogabāt etiam vicinas illustrare prouincias: quo vel ecclesias fundaret in quibus erant locis, vel in quibus erant sacerdotibus ac ministris instruere: secundū quod ei de vnoquoq; spūs sanctus indicasset. Cū igitur venisset ad quandam vrbem haud longe positam: omnibus ecclesiasticis solempniter adimpletis, vidit iuuenem quendam validum corpore et vultu elegantem: sed et animis acrem nimis. Respiciensq; ad episcopum qui nuper fuerat ordinatus: hunc inquit tibi summo studio cōmendo sub testimonio christi et totius ecclie. Tunc ille suscipiens: omnem se adhibiturum diligentiam sicut pcipiebat polliceretur. Sed iterū atq; iterum eadem sepius repetens, iuuenem cōmendabat attentius: et post hec epheſum redit. Tunc vero presbiter in domū suā adolescentem suscipit cōmendatum: et cum omni diligentia enutrit

amplectitur fouet: ad vltimū etiam baptismi gratiam tradit. Post
hec iam velut confidens gratie qua fuerat cōmonitus: paulo indulgē
tius iuuenem habere cepit. Sed ille vbi matura libertate positus est:
continuo per equeuos quibus luxus et desidia cordi est, amare vitia
et corrupte vie incedere tramitem pdocetur. Et primo quidem conui
uiorum illecebris decipitur: inde nocturnis cum furtis socīū partici
pemq; sibi consistunt: post hec iam ad maiora flagitia pertrahunt. In
terea sensim iuuenis formabatur et instituebatur ad scelera: et qui
esset acer ingenio, sicut infrenis et validus duris moribus obfirmatis
recti itineris lineam declinans rectore contēpto, rapido cursu totus fer
retur in precips: ita succedentibus sibi malis vt desperationem quoq;
a deo sibi prestite salutis acceperit. Dedignatur iam de paruis scele
tibus cogitare: grandia queq; molitur: et ex integro perditioni se tra
dens nulli inferior esse in flagitijs patitur. Denique illos ipsos qui
prius magistri criminum fuerant, discipulos facit: et latronum ex
his turmam quibus ipse dux et princeps violentus preesset instituit:
et cum omni crudelitate grassatur. Verū tempore elapso cum rei ita
posciisset vtilitas: inuitatur iterū ad vrbem illam iohannes. Et cū
cetera quorum grā venerat ordinasset: ep̄a inquit o epē depositum
repzesenta: quod tibi ego plane et christus cōmendauimus ecclia teste
quam regis. At ille obstupuit: primo putans pecuniam a se reposci,
quam non acceperat: sed cursum considerabat non posse fallere iohā
nem, nec quod non dedit querere. Herebat igitur stupens. Quem io
hannes hērentem videns: iuuenem illum inquit repeto a te et animā
fratris. Tunc grauiter suspirans senior et in lachrimis resolutus: il
le ait mortuus est. Quomodo inquit: vel quali morte? Deo ait mor
tuus est: quia pessimus et flagitiosus euasit, ad vltimū etiam latro
cinium aggressus est. Deniq; nunc montem quendam cum multa la
tronum manu occupauit. Quibus auditis apostolus vestem continuo
qua erat indutus scidit: et cum ingenti gemitu feriens caput suum:
bonum te inquit custodem fratris anime dereliqui. Sed iam nunc mi
hi equus paretur et dux itineris. Et confestim ab ipsa ecclia ascendēs:
concitus properabat. Cūq; peruenisset ad locū: tenebatur ab hijs la
tronibus qui custodias obseruabant. Sed ille neq; effugere neq; pror
sus declinare vsq; nitens, ingenti cum voce proclamabat: quia ad
hoc ipsum veni: adducite michi principem vestrum. Qui cum ve
nisset armatus: eminus agnito iohanne apostolo, pudore actus in fu
gam vertitur. Ille equo post eum admisso, confestim insequitur fugi
tantem: etiam etatis oblitus simul et clamans. Quid fugis o fili pa
trem tuum? Quid fugis inermem senem? Miser noli timere: habes
adhuc spem vite. Ego christo rationem reddam pro te. Certe et morte
libenter pro te eripiam, sicut et dns accepit pro nobis: et pro tua ani
dabo animam meam. Sta tantum et crede michi: quia christus me mi
sit. At ille audiens restitit ac vultum demisit in terrā: post hoc arma
proiecit. Tum deinde tremefactus flebat amarissime: et accedentis

ad se senis genibus prouolutur genitibus et vlulatibus quibus poterat satisfaciens: et vberrimis lachrimarum suarum fontibus iterum baptisabatur: occultans solum dexteram suam. Apostolus vero iurisiurandi sacramento se ei a saluatore impetraturum veniam pollicens: simulq genibus eius prouolutus, atq ipsam dexteram ex cuius sedis cōscientia torquebatur, tanq iam per penitentiam purgatam deosculans, ad ecclām reuocat: et indesinentes pro eo ōnes profundens, et cum ipso pariter dutens crebra ieiunia: indulgentiam quam ei pollicitus fuerat a deo expetebat. Sed et varijs sermonum cōsolationibus velut quibusdā precantationibus: efferos et exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstitit quam eū in omnibus emendatū etiā ecclesie preficeret: prebens per hoc magna exempla vere pñie, et documentū ingens noue regenerationis: atq insignia quedam et trophea visibilis in eo resurrectionis gerens.

Sermo beati petri damiani de scō Joāne euā

Hodie dilectissimi nobis letitie gaudia geminantur: qua recenti adhuc natiuitate dñica beati iohannis occurrit solēpnitas gloriosa. Hodie discipulus ille quem diligebat iesus dilectoris sui amplexibus stringitur: societate perfruitur: et quod viderat quod audierat quod manibus attrectauerat de verbo vite tanto sublimius cōtemplatur. Hodie scilicet illa mirabilis aquila quam et olim ezechiel eminere ceteris quatuor aīalibus vidit, et ipse iohannes suimet vt ita dicā prophetā factus, volantem in mistica visioe conspexit: ad vnicā angelorū et hominum esctam pennis librata sublimiū meritorū feliciter euolauit. Licet enim vbicūq fuerit corpus illic necessario cōgregentur et aquile: si iste tanto familiarius ad vite pabulū corruptionis vinculis iam solutus accedit: quanto et in carne adhuc positus in ipsum eterni solis orbem, hoc est in diuine substantie claritatem radios purificate mentis infixit. O quam miranda super nos celestis cōsilij dispēsatio: q profunda diuine sapientie est altitudo. Descendit deus ad hominem: vt occultam hominibus innotesceret deitatem. Ad humane mortalitatis exire dignatus est publicum: vt nobis eternitatis sue reuelaret arcanū. Sed si mox vt in euāgelice doctrine cepit verba prorūpere, ac noue gratie misteria rudibus adhuc īperitorum cordibus aperire, statī diuinitatis sue panderet sacramenta: cuius queso ferret auditus? cuiq vnq caperet intellectus? Nam vt de diuinitate nunc taceā cum dñs diceret, quia nisi manducaueritis carnē filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, et qui manducat me ipse viuit propter me: protinus aspernati sunt verbū, et exhorruere dicentes. Durus est hic sermo: quis pōt eū audire? Deinde scriptura subiungit. Ex hoc inquit multi discipulorum abierunt retro, et iam cum illo nō ambulabant: videlicet non de turba, non qulibet imperiti: sed ipsi etiam discipuli nequiuerint capere verba misterij. Quid enim isti facerent ante solem: qui cecati sunt ad lucernā? Quomodo tonitrui sustineant sonitum, qui clangentis tube pondus ferre nequeunt: imo qui suppresse ac temperate vocis humane exilitate surdescunt? Propte

rea igitur redemptor noster dilectum sibi speciali prerogatiua discipulum ad declarandā diuinitatis sue essentiā, quasi quoddā organū fecit: atq; ut hic suppleret quod ad tempus ipse dominus dispensatiue sumpserat, sibimet vicariū decreliquit: quatenus expleto passionis ac resurrectionis ascensionisq; misterio, post tredecim fere annorū lustra cum iam videlicet homines liberiorem ad capescendam veritatem haberēt mentis obtutum: hic coessentialis et coeterni deo verbi panderet sacramentum dicens. In principio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Humane quippe imbecillitatis ordo poscebat: ut primus humanitatis christi primordia cursum cōsummationēq; pernosceret: miracula etiam que in homine gessit addisceret: sicq; paulatim ad cōprehendendum diuinitatis occultē misterium suis vegetata prouectibus aspiraret. Quapropter diuini fuit consilij causa, vt ceteri euangeliste qui describendo saluatoris humanitatem versati sunt longe precederent: iohannes vero cum homines tanq; primo lactentes, firmiora iam in via veritatis vestigia figerent: eos ad cognoscendam diuine notitie celsitudinem promoueret. Hanc deniq; supereminentem diuine scientie gratiam, tunc diuinitus illustrata mente cōcepit: cū in sacro sancto mistice cene conuiuio supra pectus recubuit redēptoris. Et sic in pectore iesu sunt omnes thezauri sapientie et scientie abscondite: ex illo celesti gazophilatio summā traxit: vnde nostre paupertatis inopiam copiosa liberalitate ditauit. Ex illo inquam erario diuitiarum copiam attulit: et in omnem totius mundi salutē bene prodigus erogauit, ymo supra fontem perennis vite recubuit: vt et ipse tunc semper manantia fluenta doctrine celestis hauriret: et cadē nobis postmodum prefixo certi temporis articulo propinaret. Magnus videlicet paradysi fluuius: qui ex principali sui fontis origine profluens, ac vberiori celestium cārismatum inundatione procedēs squallentia deserta humanarū mentium irrigat: et ad proferenda bonorum operum tanq; nouarum segetum germina vberrima fertilitate fecundat. Et non immerito tam profunda tam supereminens reuelatio deitatis virgini debebatur: vt qui carnis sibimet amputauit illecebras: felici cōmertio pro carnali dulcedine celestium epularum delicijs frueretur. Ad tantum scilicet gratie prouectus est priuilegium: vt omnem transgrediens creaturam, illuc acie mentis attingeret: quo non prophyeta, non patriarcha, non deniq; quilibet ab ipso mundi primordio cognoscatur in carne positus aspirasse. Nec mirū si redēptor noster beato iohanni vitem suam ad declarandum diuinitatis sue misterium delegauit: quem ad custodiendam venerabilem matrem perpetuam videlicet virginem, quasi alterum filium suo loco supposuit. Mulier inquit ecce filius tuus. Ad discipulū autem: ecce mater tua. Dignum quippe fuerat: vt cui potissimum cōmisit celestia cōmitteret et terrena, et quia mediator dei et hominum ex duabus naturis diuina scilicet et humana cōsistit vnus emanuel, beatus ioannes vtriusq; nature fidelis minister existeret: qui et diuinitatis sue sa-

cramenta conscriberet: et beate genitrici perpetue custodie ac se
dulitatis sue ministerium exhiberet. Cuius utrusq; excellētissimi
videlicet sacramēti quodāmodo minustrum se esse testatur.? cum
per omnem euangelici textus sui seriem, sic stili modum tēperat
et quadam vicissitudine mistice varietatis alternat: ut modo huma
na pronuncıet, modo diuina reuelet.? modo que humanitatis sunt
historialiter inserat: modo que diuinitatis quādam sublimium
ac subtilium verborū maiestate deprōmat. Tantaq; locutionis
arte vim temperat ac vibrata moderaminis sobrietate dispensat.?
vt nec diuinitatis archana vulgari: nec ea que fidei nostre sunt ne
cessaria patiatur abscondi. Proinde cum historie verba cōtexit: ve
lut tenuissimas rimas diuinitatis fulgorem, ad oculos hominum
coruscare permittit. Sicq; dum tenuissimo lutis eterne radio, oculus
mentis nostre perstringitur: ad indagandum mox illud inaccessibile
sūme veritatis lumen perspicatius aperitur. Quia vero beatus iohā
nes alternata sue narrationis ordine, modo diuinitatem christi sub
limiter intonat, modo que humilitatis sunt plane quodāmodo et hu
militer perseuerat: sicut in ipso euangelij sui principio cepit, ita seria
tim usq; ad finem eundem modum per omnem sue descriptionis arti
culum tenuit. Nam sicut nostis in capite sui libri deificum illud po
nit ac singulare exordium: in principio erat verbum, et verbum erat
apud deum et deus erat verbum. Ecce aquila dei ad celi vertice
sublimiter euolat: sed ad escam carnis necesse est vt pressis alis ali
quando in imum submissa descendat. Vnde et paulo post quid subdat
audite. Et verbum inquit caro factum est: et habitat in nobis. Hāc
itaq; diuersitatem humanitatis atq; diuinitatis vnice sibimet atq;
inconfuse sponsa de sponso dicit in canticis canticorum. Venter tuus
eburneus distinctus saphiris. In membris quippe humani corporis
vix aliquid ventre fragilius siue tenerius inuenitur: ideoq; recte per
ventrem fragilitas in christo assumpte humanitatis accipitur. Ebur
autem os est elephantis: quod videlicet animal fertur esse castissi
mum, frigidissimeq; nature. Venter ergo eburneus est sponsi: quia
suscepta redemptoris humanitas ab omni peccatorum contagio, casta
prorsus et inuiolata permānsit. Siquidem peccatum non fecit: nec
inuentus est dolus in ore eius. Saphirus autem est lapis sereni celi
colorem habens. Vnde et in visione domini dicitur. Erat sub pedib9
eius opus lapidis saphiri: et quasi celum cū serenum est. Per saphi
ros ergo opera diuinitatis intelliguntur: que in carne dūs operabat.
Venter ergo sponsi distinctus erat saphiris: quia humanitas christi
diuinis virtutibus refulgebat. Nec plenus esse saphiris dicitur, sed
distinctus, ita videlicet vt inter saphiros candor eboris appareret.? qa
sic dominus ex parte assumpti hominis operabatur humana: vt ali
quando nichilominꝰ ex parte deitatis operaret et diuina. Nam esuri
re et flere, postremo crucifigi et mori humanitatis erant opera: mira
cula vero facere et nō solum alios, sed semetipsum etiā a mortuis susci

tare euidentissime erat diuinitatis indicia. Hoc itaq; modo beatus iohannes quasi eburneum ventrem sponsi saphiris distinguit: dum aliqñ humanitatis infirma describit. Quia igitur hic beatus iohannes de deo mirabiliter atq; inꝰparabiliter ceteris mortalibus loquitur: iure factum est, vt non solum a grecis sed etiam a latinis theologus appelletur. Theotocos maria quia deum veraciter genuit: theologus iohannes, quia dei verbum ante secula apud patrem esse, et deum esse non solum inenarrabiliter vidit: sed et profundissima subtilitate describit. Unde non immerito potest dicere cũ propheta. Eructauit cor meum verbum bonum. Recte igitur virgo virgini ad obsequium traditur: et pro domino seruus, vice filij subrogatur: vt virginalis pudicitie splendor ex vtraq; persona, sibimet inuicem congruat: et floridus intimi candoris aspectus, quod in se virere considerat, hoc verniare et in altero deprehendat. Libet hic carissimi pulchram veritatem diuine dispensationis coram caritate vestra perpendere: et egregios duos redẽptoris nostri discipulos, qualiter inter se quadã dignitatis similitudine congruant cõparare: petrũ videlicet et iohannem. Cõmisit nanq; dñs petro claues ecclesie: voluit iohanni custodiam delegare marie. Utraq; nimirum mater. Mater maria: mater ecclia. Sed maria mater christi: ecclesia mater christianorum. De maria christus carnem suscepit: ecclesiã vero de carnis sue latere produxit. Ex ista prodiit secundum carnem natus: illam protulit carne iam mortuus. Ex ista voluit nasci: pro illa dignatus est mori. Ex vna semel natus est in persona sua: ex altera nascuntur cotidie in membra sua. Traxit ex altera quod pro altera moreretur: et quod vtraq; cõmuniter saluaretur. Magnia igitur et felix mater est beata virgo maria: ex cuius visceribus christi caro assumpta est: ex qua rursũs per aquam et sanguinem profluit ecclesia. Hoc itaq; modo et ex maria prodisse videtur ecclia. Utraq; tamen castus vtraq; munda: vtraq; perpetue virginitatis signacula premunita. Harum itaq; duarum matrum, duarum perpetuo virginum. alterã petro dñs cõmittere, alteram iohanni voluit cõmendare: vt perpẽso diligenter vtriusq; pondere ministerij, excellentium meritorum dignitas in duobus celi senatoribus videatur equari. Dixit dominꝰ petro. Tibi dabo claues regni celorum. Nunquid et beata maria fratres mei celumꝰ fuit, in cuius utero virginali nouem mensibus tota diuinitatis plenitudo permansit: ex cuius castis mundisq; visceribus dñi dei verbum per quod facta sunt oia, imaculata se carne vestiuit: In angusto scilicet latebat aluo conclusus: sed totius orbis iura regebat immẽsus. In breuissimo mat virginalis uteri domicilio constitutus, et celi gubernabat imperium: et terrenorum omniũ non amiserat principatum. Non ergo presumptiue celum dicitur venerabilis virgo maria: atq; ideo beatum iohannem dñs quodãmodo celi tutamentarium constituit: cum beate genitricis sue eum decreuit esse custodem. Proinde vt beato petro iohannes multipliciter cõparet

cum discipulos redemptor inquireret, qua circa se opinione homines
dicerentur, illiq; protinus respondissent, alij iohannem baptistā, alij he
liam, alij vero ieremiam, aut vnum ex prophetis, donec ad petrum
ventum est: nutabat assertio, nec ambiguitatis vinculum soluebatur.
At vbi quid discipulorum habeat sensus exigitur: precedit in veritā
tis confessione, qui primus erat in apostolica dignitate: petrus vide
licet. Tu es inquit christus filius dei viui. Inter nutantis adhuc
fidei sinuosa volumina, inter procellosas ambiguitatum fluctuātiū
tempestates, piscator iste veritatis anchoram fixit: et nauicula fidei
in tutissimo tranquilli portus gremio collocauit. Sed videamus u
trum iohannes et huic operi aliquam cū beato petro similitudinem
teneat. Constantissime predicationis arguitur: sicq; a domiciano
tunc cesare in exilium destinatur. Protinus hereticī marcion, cherīthus
et hebion, ceteriq; quam plurimi, quos ipse conuenienter antichristos
appellat, caulas ecclesiastici gregis irrumpūt: et velut lupi graues
super ouilia pastoris auxilio destituta grassantur: christum scilicet
ante mariam non fuisse dogmatizabant: et ita simplicem euangeli
ce fidei puritatem, perfidie sue squamosis rostrīpebant. Confundi
tur mundus, turbatur ecclia, vacillat fides: et velut inhorrescente tem
pestate perfidie, plurimi naufragantur. Quid plura? Tandem per
empto domitiano duce diuina gratia redit iohannes ephesum: tur
batam gemit ecclesiam. Sed quicquid inuenit erroris turbine ac tē
pestate turbatum, solidius atq; robustius ad pristine fidei reuocat fū
damentum. Nam rogatus ut ab historiographis traditur a caritate
fere totius vniuersalis ecclie, in illud tandem prorupit diuine inspira
tionis eulogium: in principio inquiens erat verbum, et verbum erat
apud deum, et deus erat verbum. Hoc itaq; signaculo veritatis et
hereticorum tergiuersationibus metam fixit: et catholicorum fi
dem perpetua ex tunc et deinceps certitudine roborauit. Tu es
inquit petrus: et super petram edificabo ecclīam meam. Petrus
igitur petra. Petra quoq; factus iohannes: supra cuius fidei
fundamentum totius ecclie structura consurgit: quam videlicet
siue hereticorum furor impugnat, siue tempestatum irruat im
petus non euertit. Hec petra vere dauid implet fundam: qua
philisteum goliath signanter in frōte percutiat: vbi videlicet cru
cis vexillum prophanus et impius non habebat. Hec siquidem pe
tra omnes ecclesiastice doctrine aduersarios destruit: hec iudai
cam perfidiam cum omni prorsus hereticorum prauitate pro
strauit. Nec mirum si ad instar petri et iohannes petra dicatur:
cum ad ezechielem dns dicat. Ecce dedi faciem tuam valentiorē
facibus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum:
ut adamantem, et vt silicem dedi faciem tuam. Planc quod
uterq; discipulus protulit de sacramento dnice fidei, quātē
profundissimum sit, atq; omnino diuinum, et vtrumq; pari mo
do vires humane mentis excedat, nec videatur in excellentie di

uersu dignitate. qd eode prolatu est spu dictate? illud tame bu iohis singularitatis locum vendicare conspicitur, quia nec ante illum, nec post illum hoc idem aliquis scripsisse inuenitur. Nam illam beati iohannis sententiam et marthan sororem lazari eisdem fere verbis legimus protulisse. Cui nimirum cum saluator diceret, oīs qui viuit et credit in me non morietur inuernū: atq subiungeret credis hoc, ilico eodem spiritu quo et petrus inspirante respondit. Ego credidi quia tu es filius dei viui: qui in hunc mundum venisti. Quid autem mirum si iohannem de diuinitate loquentem beato petro preferimus? cum illud euangelij sui singulare principium ipa etiam dicta verba si dici liceat transcendere videatur? Quod iniuria sit redemptori nostro si dicatur ipe sublimius alios depromere per discipulum, quam per semetipsum: et per eg linguam manifeste proferre, qd per semetipsum liquido noluit efferre. Nam ut hic quedam inter beatos apostolos comparatio videatur hoc beato iohanni dns concessit in verbis, qd et petro contulit in miraculis. videlicet ut et iste altiora proferret: et ille maioribus virtutum prodigijs coruscaret. Nam in apostolorum actibus inuenimus, quia in plateis ciebant infirmos et ponebant in lectulis et in grabatis: ut veniente petro saltem vmbra illius obumbraret quenq illoru, et liberarentur ab infirmitate. Quod tamen dominū fecisse nusq legimus: ut per vmbram videlicet corporis sui remedium alicui contulerit sanitatis. Sed quod predixit exhibuit: quod promisit implcuit. Nam in eiusdem iohannis euangelio dicit. Amen amen dico vobis: qui credit in me, opera quę ego facio et ipse faciet, et maiora horum faciet: quia ad patrem vado. Enimuero ipse operabat in petro: ipse locutus est in iohanne. Non enim inquit vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Verito nempe beatus iohannes et precedentes omnes ac subsequētes diuinorum scriptores voluminū, gloria singularis precedit eloquij: quem non luxuria polluit, non libido corrupit: sed virginalis integritas perpetuo incorruptionis titulo decorauit. Qui nimirū nuptialis copule thalamum deserens, oēm illecebre carnalis ardorem, in celestium deliciarum transtulit voluptatem: artissime q ni sui redemptoris ac dilectoris amorem coniunxit: propter qd scilicet coniugalis thori federa violauit. Vnde diuinitus concessum est illi, ut tanta cor eius etiam circa fratres caritatis gratia repleretur: ut sacrosanctum pectoris eius templū, velut caminus quidam diuini videretur incendij. Quod patenter quibusda scripturis eius agnoscitur: in quibus utiq per omnē vero passim, quasi per quasdam rimas cavitatis vapores effundere: caritatis videtur ardoribus estuare. Modo enim patres nostratim ad charitatem prouocat: mō non filios, sed filiolos quasi tenere

appellat. Nodo propijs etatū vocabulis infantes modo iuuenes: modo singillatim cōmonet adolescentes. Modo etiam mulieribꝰ epistolas destinat: easq; ad cautelas fidei, et studium sincere dilectionis inuitat. Hic itaq; inenarrabili charitatis ardore succē sus, huc illucq; se pertens, undeq; curriens, ubiq; discurrens, omnia ad salutem hominū genera concitat, omniū etatum incrementa perlustrat, omnes humane conditionis ordines, oculo curiose sollicitudinis inuestigat. Et tandē arcus vniuersalis ecclie factus, totius humani generis summā, vnius paterne dilectionis amplectitur: atq; ad redemptoris sui consortium trahere vniquēq; singillatim āmonendo conat. Amor quippe dñi, qui cum pre cunctis mortalibus plus dilexit, eo ei pondus fraterne dilectionis exhibuit: vt nimirum plus amaret qui plus amabatur: et qui primꝰ erat in redēptoris amore, precipuꝰ esset in fraterna caritate. Quanta aut apud dominū impetrandi locum, q̄ precipue familiaritatis iohannes obtinuerit priuilegium, quod idem beatus iohannes euāgelista testatur: quia ni ipso vitalis cene conuiuio iesus turbatus est spiritu et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnꝰ ex vobis tradet me. Deinde sequitur. Aspiciebant ergo inuicem discipuli: hesitantes de quo diceret. Nox subiunxit. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis iesu, in sinu iesu: quem diligebat iheſus. Innuit ergo huic symon petrus: et dicit ei. Quis est de quo dicit: Atq; vt historie stilo non teneor: iohannē nox interrogantī dominꝰ respondit. Ille est cui ego intinctum panem porrexero. O mirabilem atq; incomparabilem virum: et omni christiane protinus deuotionis pronio preferendum. Tacet verbum profertur in medium et totus tacet atq; sub silentij sui censura reprimitur senatus apostolorū. Tanta siquidem magistri presidentis videbatur auctoritas: vt sub discreta se cōpesceret hereta discipulorum frontio disciplina. Hesitant ambigunt atq; inter se inuicem oculorum nutibꝰ quodāmodo interrogantes aspiciunt: veruntamen ligua proferre quod gestiunt vel dominum cōsulentes inquirere non presumūt. Tacet petrus: tacet clauicularius celi. Tacet denuq; lingua: que clauus factus celorū, celum simul et terram ligauerat et soluit. Tacet is mag̃ cui uiferi porte non preualent: qui ligandi animas atq; soluendi optinet principatum. Tacet andreas: qui ipsi fratri ad fontē vite precuus fuit. Non loquitur thomas: q̄ viā se nescire pfessus, eundē esse viam veritatem et vitam ipso referente cognouit. Non presumit os aperire philippus: qui dum patrem sibi poposcit ostendi: profunda mysteria indiuidue deunitatis audiuit. Dēs tacet omnes dubitant: et latenter inquirunt, non quidem prolatione verborū, sed tantum nutibus oculorum. Sed cum res diu sub hac ambiguitate penderet: nec nodum quispiam dubietatis absoluceret: tandem iohannis patrocinium queritur: et sic ad rei dubie noticiam peruenitur. Ille nimirum condiscipulorum in se psona

ſuſceptat, conſultor accedit: qui de ampliori familiaritatis ac dilectionis prerogatiua confidit. Vnde conſiderandū eſt ſta tres mei, quante deuotionis inſtantia beatus iohannes flagitare debeat auxilium: quem ſibi interuentorem et ipſi apoſtoli petierint, quantum apud iuſtum iudicem pro peccatoribus poterit: qui et pro ipſis celeſtis curie ſenatoribus interuenit. Est qui aduocatus eſt ſummus factus: et humiliter implorandus a minimis. Hanc nimirū hominis eminentiam hac nimietas meritorum ſublimium celſitudinem angelus cognouit: qui ab ipſo adorari ſe prohibuit. Vide inquit ne feceris: conſeruus tuus ſum, et fratrum tuorum habentium teſtimonium ieſu. Deum adora. Refugit obſequium ab illo ſuſcipere: quem nouerat apud communem iudicem locum gratie familiariter obtinere. Voluit adoratorem: quem certe habet equalem, et fratrem recognouit: ſocium iudicauit: ſubiectionem obedientiam non accepit. Quam enim in omnibus ſemper ſit angelice munditie contubernalis et cognata virginitas. Beatus iohannes tanto reliquos virgines ſuperat: quanto virginitati beate marie per ſedulitatis ac perpetue cuſtodie meritum approximauit. A qua videlicet ſola precedit, quia fecunditas virginitatis que eſt in maria, nullius c eſt omnino meritis comparanda. Et non ſolum quia ſecunda eſt: ſed quia deifica. Virginem enim parere: nouum ac ſingulare eſt. Deum vero parere, ita nouitatem omnē ſingularitatis exuperat, ita que mirande ſunt antecedit, ac incomparabiliter ſupereminet: ut nec mente concipi, nec lingua valeat aliquatenus explicari. Sed ſicut veneranda matris domini virginitas beati iohannis virginitatem excedit: ſic ipſe pro gloioſo eius contubernio ceteros a mundi principio virgines antellit. Iuſtum accedit quod ille recubitus in pectore ſaluatoris ille diuinus ardor, quem ex archana eius inſpiratione concepit, ita in eius viſceribus, omni libidinum fomenta decoxit: ut corpus eius tanq̄ vere ſpūs ſancti templum, a cunctis vitiaret eſtuantis luxurie ſqualoribus defecatū. Nec vllum locum vendicabat inflammia libidinis: cui gratia ſancti ſpiritus iugiter obumbrabat. Quocirca dignum fuit ut beatus iohannes apoſtolus archangelo gabrieli ad cuſtodiam matris dni ſocius adhiberetur. quatenus ille celeſtis olim paranimphus intactam virginem inuiſibiliter cuſtodiret: et iſte fragilitati feminee obedientie ſue miniſterium exhiberet. Et congruum erat, ut que talem genuit, qui celi ſimul et terre dns eſſet, utriuſq̄ patrie in ſuo conſortio claues haberet: ut in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum. Quapropter beatus iohannes, quanto familiarior cum matre verbi conuiſatur, tanto et vicinior ipſi verbo inuenitur. Et quia no ab

alio sed ab ipsa veritate marie dictus est filius, mulier ecce filius tuus, atq; ad ipsum iterando confirmat, ad discipulum autem, ecce mater tua: nemo iure maior videtur meritis quam qui speciali quadam gloria frater est salvatoris. Hujus igitur tam sublimis, tam precellentissimi deo dilecti fratres charissimi laboremus precepta servare: per hujus vestigia ut quantum possumus deducte divina gra studeamus incedere. Sed si omnes cum iohanne virginitatem habere non possumus: quia post naufragium secundi restat tabula, studeamus florere virtutibus: et si virginitatis amisse dispendium optime compensabimus. Non igitur nobis auaritie ardor incendat: non iracundie nos furor impellat. Non in nobis flamma libidinis estuet: non turpis cogitatio pulchram anime nre coram deo speciem fedet. Non nos terrene facultatis abundantia erigat in superbiam: non tenacitas mie viscera a paupertibus excludat. Vigeat in nobis perpetua castitas, humilitas patientia sobrietas, iustitia cum pietate, severitas cum mansuetudine. Inter hec itaq; fratres charissimi cetera virtutum dona virtutum. caritas que mater est omnium in sacrario nostri pectoris teneat principatum, quia sicut iohannes dicit, deus caritas est: et quia per charitate filius dei descendit in virginem, per eam nos exaltet ad patrie glorie claritatem. qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo beati Ieneri
Cui de hordis impietate

Celus quo tendat, quo psiliat
liuor, invidia quo feratur: herodiana hodie patefecit immanitas. Que dum temporalis regni emulatur angustias: eterni regis ortum molitur extinguere. Tunc herodes inquit videns quia illusus est a magis, misit in bethleem et occidit omnes pueros qui erant in ea et in omnibus finibus eius. Videns quia illusus est a magis. Dolet impietas se esse illusa dilatat se crudelitas furit: fremit dolositas se deceptam: et in se fraus reversa colligitur. Herodes stridit: cadens ipse in laqueum quem tetendit. Vinct iniquitatem quam considerat cogitat, de fide perfidie sumit arma: terreno querit furore quem natum celitus non credit. Ad sinus matrum militu cogit castra: nec ubera artem pietatis oppugnat: in teneris uberibus ferrum durat. Iam fundit antea sanguinem, dat ante mortem sentire quam vitam: tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic fit mgr mali, minister dolu ire artifex, inuentor sceleris impietatis auctor, pietatis predo, inimicus innocentie, hostis nature, malus omnibus, suis peior, pessimus sibi: quem christus non ut cuaderet, sed ne videretur ausurpit. In altum tendens cadit ab alto: relum pulsans intrat profundum. In se vadit: cum vadit in deum. Se occidit: qui vitam conatur occidere: quia capere non potest perditionem salus: occisionem vita, eternitas finem. Ambitio

quam cecā semper, o quam presumptio pessima. ¶ O quam perdit concessa: qui inconcessa captat. ¶ Herodes obsidens terrenū regnū: impugnat celeste. ¶ Terrenis inhians iruit in diuina: ipsā q̄ pietatem omnii impietate sectatur. ¶ Audierat natū regem destinatus ad scelus: ad piaculum promptus, paratus ad crimen. ¶ Causas innocentie non requirit. ¶ Quis obstet: confunditur falsa; nesciēs. ¶ Cui nequitia est sodalis: cui odiosa est equitas: iniquitas semper est amica. ¶ Qui cedibus viuit: qui se sanguine munit: qui crudelitatibus seuit. ¶ Cui de timore stat totum: de amore nichil constat. ¶ Herodes tunc cecus sic christum gladijs querit: inuestigat cruore: crudelitate rimatur. ¶ Successorem timens: incessit in auctorem. Premit innocentes: volens innocentes deperire. ¶ Innocentis causam fecit nocentium crimen: nuquis nati, natorum uertit in sanguine pena. ¶ Auctoris ortum, orientiū mandat occasum: negotium saluantis, saluandorum iubet esse discrimē. ¶ Quorum lingua tacuit, oculi nichil uiderunt: nichil aures audierunt: manus nichil fecerunt. ¶ Et quibus actus nullus est, unde culpe? ¶ Sumpserunt mortem, qui uiuere nescierunt: quibus apud herodem solum quod nati sunt, hoc fuit crimen. ¶ Quid christus futurorū prescius, conscius secretorum, cogitationum iudex, mentium perscrutator? ¶ Quare deseruit: quos sciebat querendos esse propter se, propter se nouerat esse occidendos? ¶ Scitus rex, et ter celestis quare neglexit milites innocentie sue? ¶ Octauiū sibi quare contempsit exercitum? ¶ Quare tunabelis suis deputatas excubias sic reliquit: ut regem solum quesiturus hostis totum grassaretur in militem? ¶ Fratres christus non desperit suos milites, sed protexit: quibusdam dedit triumphare quam uincere: quos fecit capere sine concertatione uictoriam: quos donauit coronis antequam membris: quos uoluit uirtutibus uitia perire: ante celum possidere quam terrā. ¶ Premisit ergo christus suos milites non amisit: recepit suas acies non reliquit. ¶ Beati quos natos martirio uidemus esse non seculo: beati qui labores in requiem, in refrigerium dolores, merores in gaudiū commutarunt. ¶ Viuunt uiuunt; quia uere uiuunt, qui pro christo merentur occidi. ¶ Beati uentres qui portauerunt tales. ¶ Beata ubera: que talibus infuderunt. beate lachryme, que pro talibus fuse, fletibus gratiam baptismatis contulerunt. ¶ Eadem diuerso modo, dono uno in lachrymis suis martires suo sanguine baptizantur: in martirio filiorum matres passe sunt. ¶ Trā gladius filiorum pertransiens membra, ad matrū corda deuenit: et necesse est ut premij consortes, que fuerunt socie passionis. ¶ Arridebat paruulus occisori, gladio adiocabatur infantulo: nutritis loco attendebat lactens percussoris horrorem: nescia luctus etas moritura gaudebat. ¶ Infans filius omnē hominē non hostem respicit: sed parentem. ¶ Matres tulerunt quicquid

et angoris extitit et doloris. et ideo non carebunt martiris gau
dio: martirij lachrimas que fuderunt. Hoc loco attendat audi
tor. attendat ut intelligat martirium non constare per me
ritum: sed venire per gratiam. In parulis que voluntas quod
arbitrium. vbi captiua fuit et ipsa natura. De martirio er
go debemus totum deo: nihil nobis. Vincere diabolum tradere
corpus, contemptuere uiscera, tormenta expendere, lassare tortore,
capere de miuriis gloriam de morte vitam: non virtutis huma
ne, sed muneris est diuini:

Sermo beati Iohannis epi de
Innocentibus

Dicatur nouus ab infantib⁹ sermo sanctis laudibus christi: in gloriam dei primam
vocem aperuit innocentes. Fiunt diserti laude: qui
fuerant imperiti sermone. Offeruit domino primitias linque.
nouos ozis immolant fructus: verborum principia libant: In
fantia enim que per etatem loqui non poterant: gloriam dei
cum gaudio resonabat. Vorunt laudare christum: qui loqui no
nouerant. Fiunt periti laude qui fuerant imperiti sermone. Of
tendunt laudibus dominu: suffragijs predicant christu. Fiunt
interea pueri sine magistro diserti. docti sine doctore: periti si
ne eruditore. Agnoscunt christum predicant dominu. non hu
persuasio humana doxerat: sed quem diuinitas innocentib⁹
inspirabat. Cessant enim humana cum diuina tractantur. qa
humana ipsa prodesse non poterunt: nisi diuinorum solatio sub
leuentur. Necesse est enim terrena succubere cum celestia pre
dicantur: naturalia silere, cum virtutes loquuntur. Erigit
itaq infantium etas in laudem: que delictorum non nouerat
crimen. Dignus a dignis laudatur: et innocens innocenti
um testimonio predicatur. Accipiunt enim a christo et red
dunt: consequuntur et referunt. Vno enim tempore et qui de
derat recepit: et qui acceperat reddit. Vno muq tempore suat
christo reddunt⁹: dum eius laudes illi ab infantibus referu
tur. Dirimus de laude infantium. Quid de lactentium lau
de proferemus. quorum laudem inuenire non possumus, nisi
eos ipsos qui laudauerunt nouerimus. Qui sint, vbi sint,
quam laudem intulerint quero. qui loquino nozunt. Neq e
nim etas illa poterat nosse, quod natura non dederat: aut re
lebrari a talibus poterat, quod institutio denegabat. Dicit
nanq domino laudes truncidati ab herode: lactentes loquit
sanguine quod lingua non possunt. Passione canunt: quod
lingua et sermone non nozunt. Occisi predicant: quod viui
non poterant. Nec mouu quod dicitur, vt innocens sanguis, aut
deo referat laudes, aut suas indicet passiones. cum abel sa
guis clamet ad celum: aut occisorum anime ab altari vocife
rentur ad deu. Contulit martiriu laude: quibus negauerat
natura sermone. Vicit sanguine clamare: quib⁹ narrare no

licebat voce. Licuit sanguine loqui: quibus lingua nō licuit.
Risscent cum domino colloquia: quibus humana negata sunt
verba. Sed enim occisis innocentibus istis: impleta sunt pro
phetie verba dicentis. Vox in rama audita est fletus et ploratio
nis rachelis flentis filios suos: et noluit consolari, quia nō sunt.
Rachelem primo ecclesie esse personā nemo qui abnuat: nemo
qui aliud contra veritatem defendat. Sed duo in illa diuersa
conspicio: fletus et consolationis contemptus. Si enim fleuit:
cur consolari contempsit? Aut si consolari contempsit: cur fleuit?
Aut quomodo contepit consolatri noluisse: cui competit flesse?
Aut flere non debuit que consolari contempsit: aut cōsolari de
buit que non flere non potuit: cum manifestum sit fletus con
solatione tergi. Vel certe cur indignit flere? que nō indignit
consolationis sermone? Sed noluit inquit scriptura consola
ri quia non sunt: id est noluit consolari quia sunt. Si idcirco
noluit consolari quia sunt, quomodo voluit flere quasi illos q
non sunt? Sed ut compendiosiam diuersitatum causa redda
tur: conditio a matre defletur: sed spe glozie cōsolatio humā
na contempnitur. Pietatis affectus in fletibus: sed ostentatiō
glozie repudium consolationi indicitur. Quid enim in ma
tre affectus et fides: humanitas cum deuotione contendat. Pu
langit affectus: sed fides exultat. Defletur humanitas: sed de
uotio consolatur. Licuit enim matri humanitus flere: cui nō
licuit consolatione humanitus indigere. Adeo et dominus chris
tus lazaro fleuit, nec tamen ipse quoq; cuiusq; consolatione in
diguit: quia hominis fuit quod fleuit: cum manifeste deus
sit qui lazarum suscitauit. Sed o beata lactentium gloria: qui
bus pro christo licuit deditare martiria. Expugnant tempore
uno natiuitatem et mortem, ingressum et exitum, principium
et occasum: ut ipsis posset tempore uno ut dixi contingere etuas
cendo ingredi mundum: et dedicare martirio celum. Probat
nouos exercitus christus, rudes milites signat: legiones latē
tes victoria perpetrata cozonat. Fiunt pro christo victores: qui
etate fuerant cocquales. Fiunt infantes fortes: sine certamine
sine pugna victores. Nouerunt uincere: qui pugnare nō
nouerunt. Existunt victorie compotes: qui fuerant etate imbe
cilles. Illectantur pena martirium, gloriam sanguine cōparāt.
eternam vitam temporali morte cōmutant: nec timuit etas
illa mortem, nec horruit. Timere enim non potuit: que timere
non nouit. Transmittit infantes infans christus ad celum:
offert noua exenia patri: primitias fructuum exhibet genito
ri. Ostendit futuram secundissimam messem: dum in semine
tantam exhibet ubertatem. Derisit se derisit hostilis inuidia
tas: que putauit turbare consilium dei, gloriam christi, salutē
necessariam mundi. Sed contulit infantibus multis martirium:

dum infantem querit occidere christum. Prestat hostis dñi nocet: beneficium tribuit cum occidit. Minueret enim eorum gloriē si amitret. Sed alie sunt terrestres pugne: alie celestes victorie. In prelio christi moriendo viuitur: cadendo surgitur: victoria per martirium comparatur:

In kalendis Januarij sermo beati maximi de kalendis.

Quanq̃ non dubitem vos charissimi per paternā sollicitudinem instructione diuini sermonis doctos, vniuersas kalendarū superuenientium vanitates declinare penitus et horrere, ad perfectioris tñ emendationis augmentum, nō mē piguit usitatum vestris auribus inferre sermonē: sicut ait beatus paulus. Fratres eadē vobis scribere mihi quidem non pigrū: vobis autem necessariū. Necessariū dilectissimi nec superfluū reor: si pro communione sancta, diuū habita precedentiū patrū vobis repetatur alloquia. Et revera quid fastidij quid oneris habet, pro salutis profectu et affectu utilia ac deo placita sepe dicere, frequenter audire? Et ideo charissimi fide ac deuotione solita, religiosi itineris vias ac veritatis semitas gradientes: magis magisq̃ errorum devia et diabolica calcate figmenta. Per eum debet fidelis anima que angelorū consortia concupiscit: demoniorum lusibus delectari. Quę vero luci ac tenebris, veritati atq̃ mendacio, turpitudini et honestati apud deū filios ulla potest esse communio: sicut nos ecclesiarū doctor instruit dicens. Quę conuentio christi ad belyal? Qui autem consensus templo dei cum ydolis? Quicunq̃ ergo credentium, vel est templum dei vel esse desiderat, sollicite caueat ne mortua et vana sectando, desinens esse templū dei, fiat habitatio tenebrarum: fiat demonys monumentum. Hinc ait gloriosissimus prophetarū dauid. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in vanitates et insanias. Itaq̃ qui spe rat in deum ac toto corde in eius gloriam luminū suorum defigit aspectum: ad insanissimas vanitates consecratos semel deo nō debet oculos retorquere: quia ut ait dominus nemo mittens manū ad aratrū, et respiciens retro, aptus est regno dei. Omnis enim arans si retro respiciat, aut tortuosum et inutilem faciet sulcū: aut arantū bonū suorum vestigia vulnerabit. Ita et qui directo tramite ac spirituali vomere vitia mundana persultans incedit ad dei regnum: si aspectum suū ad impia et vana conuerterit, et iugera sua hoc est corpus atq̃ animā vulnerabit: et optimi itineris periculosum nimis incurret errorem. Et non respexit inquit in vanitates et insanias falsas. Quo beatus dauid insanias falsas dixit? cum vere insaniant, qui abiecto retrosum timore dei, ad demonū respiciunt vanitates? Sed vir fidelis propie naturam impie falsitatis exp: essit: quia insana sit ois

quecunq; diaboli fallentis mendatio dei in se non habent
veritatem. Et illorum grauior atq; inmedicabilis languor
est: qui superstitionum furore et ludorū suauitate decepti
sub specie sanitatis insaniunt. An non omnia que a minis
tris demonum illis aguntur diebus falsa sunt et insana?
cum vir virium suarum vigore mollito totum se frangit
in femineum, tantoq; illud ambitu atq; arte agit, quasi pe
niteat illū esse quod vir est? Numquid non vniuersa ibi
falsa sunt et insana? cū se a deo formati homines aut in
pecudes aut in feras aut in portenta trāsformant? Nō fo
non omnem excedit insaniam? cum decorem vultus huma
ni dei specialiter manibus in omnem pulchritudinē figu
ratū, squalore sordium et adulterina feditate deturpāt
tur? Quo non sanū sapientibus nichil ibi nisse sanita
tis patet, vbi impia vbi inhonesta inuersaq; omnia fati
in ecclesia beatū dauid filij hominū usq; quo graui corde?
ut quid diligitis vanitatem et queritis mendatiū? Ora
ue vtiq; eorum cor est atq; omni impietate depressum: q
ligunt et falsa sectantur. Et post omnia ad offensioīs
plenitudinem, dies ipsos annū nouum vocant? quatiq;
non inconuenienter secundū se nouū appellent annum:
qui per nefandas ferias honestate defalsata turpitudo
et peruersitas renouat. Nouū vocant annū: quasi noui
aliquid aut celum tunc ostendat aut terra. Nouū annū
iānuarias appellant kalendas: cū vetusto semper errore
se dicunt: ac statum vite sue in manibus inditijs estimātes
per incerta auiū ferarumq; signa, imminentis anni futura
timantur? cum vtiq; apud deum solū sit notitia futurorū:
et legalis auctoritas prohibeat ista dicens. Ne auspicemi
mines capti erroribus paganorū, et minus prouido corde
cerati: cum impietate de domibus suis prodeunt, et cū sa
crilegio reuertuntur. Aut quo christianū se putat posse
sortem? Ista vos charissimi iam dudū nec obseruare, nec
querere manifesta relatione cognoui. Et reuera nō sut
a nobis penitus inquirenda qui omnipotenti credimus?
qui pro qualitate meritorū aut fidei probatione cunctis
mortalibus potestate arbitrij sui vel prospera vel aduersa
dispensat: precipue cū huiusmodi homines arguat et in
crepat apostolus dicens. Dies obseruatis et menses et tē
pora et annos: timeo ne forte sine causa laborauerī i vobis.

Videte charissimi: in quo labore erga se apostolicū' perdiderunt. Vos autem sicut hucusq; pro dei timore feristis: abhorrete vana, fugite falsa, impia declinate: ut et ad domū dei confidenti semper corde venire possitis: et in fide vestra gentiū magister et iudex doctrine sue fructū' pauly lucriat.

Primus Sermo beati leonis pape de epiphania domini.

Exultandū nobis est fratres charissimi, quod votis nostris vota succedunt: quod gaudijs gaudia cumulantur. Ecce enim adhuc natalis dominici solemnitate corda nostra persultant: etiam festiuitate sancte epyphanie gloriamur. Gratias igitur agere debemus dño qui nos frequēter visitat ut sepe letificet: deuius repetit ut numerosius benedicat. Quāuis igitur gentiles licet vana numerosa solemptate letentur propter diuersitatē deorū suorum: tamen plures nobis festiuitates prestat vnius dei visitatio: quam illis multor demonum superstitiosa presuptio. Sed sicut veritate religionis vincimus: ita votorū numero superamus. Epyphanie ergo prorumpamus gaudia. Querat aliquis quid interpretetur hoc verbū: scilicet ea epyphanie grece, latine dr apparere. Ergo quia tunc primū apparuit saluator in mundo: ipsa dies eodem vocabulo epyphania nuncupata est. Quo autem apparuerit requiramus: non quod in mundo ante non fuerit, cū mundus per ipsum factus sit: sed quod tunc primum signis atq; miraculis credentium cordibus deus christus illuxerit, et in tenebrosas conscientias hominū, fidei splendor aduenerit. Cum igitur deus ubiq; sit et vniuersa possideat: tamq; non visus antea apparuisse dicitur. Apparuit ut non tā oculis hominum: quā saluti. Nam et si primus natus de virgine oculis carnalibus videbatur, non tamen apparebat: quia virtutem eius adhuc fidei actus ignorabat. Vnde ad iudeos per prophetā dicitur. Videntes videbitis et non videbitis: hoc est saluatorem quem cernerent oculis corporalibus, spirituali lumine non viderent. Postea enim quam diuinitatem suam mirabilibus declarauit humanis mentibus tamq; nouus et inopinatus apparens, oculis quodammodo cordis infudit: ut cognosceret sensus qui non cognouit aspectus. Vnde fit ut nos christi domini per fidem quē nunq; vidimus contemplamur: iudei qui perspexerunt oculis, palpauerunt manibus, hodieq; non videant. Requiramus igitur quod signū operatus sit: ut diuinitatem suā populis declararet. Dicitur hoc primū fecisse miraculum: ut aquam mutaret in vinum. Illud magnum plane signum: et ad dei credendam sufficiēs manifestatem. Quis enim non miret in aliud quam erant

elementa translata? Nemo enī potest mutare naturā: nisi qui dominus est nature. Credendū est iam ex hoc mortalem hominem in immortalitē posse conuerti: qm vilis substantia, in preciosam est conuersa substantiam. Nolo enim auditor noua tantum prospicias vini et aque; sed si vis saluatoris potentiam comprobare, virtutem rerum aspice. Facto autem hoc, altius nescio quid demrāt. Nam cū dns aq̄ vertit in vinū? non tam hoc operatur ne discumbentibus desit ebrietas: sed vt credentibus abū det eternitas. Siquidem propterea in mundum venit ihs non vt conuiuarū cellaria procuraret, sed vt saluti hoīm prouideret? nec vt ydrias substantia boni odoris cōpleret: sed vt animas spiritus sancti gratia irrigaret. Ergo cū ille ex vili aqua vini optimi saporē voluit gustare cōuiuas: magis voluit ex hac vili carne resurrexionis celestis sapientiam gustare credentes. Nam hoc signo totū vtiq̄ resurrectionis misterium continetur. Aqua enim vilis pallens et frigida, in vinū versa scilicet preciosum rubeū vel igneum? hoc signat hominis substantiam conditione vilem imbecillitate pollentem, morte frigentē, in resurrectionis gloriam communtandam: q̄ est eternitate p̄ciosa, gratia colorata, spū immortalitatis ignita. Hoc igitur dictū est credere dnm operari voluisse: vt per hoc terrenū signum futurum iam tunc a sapientibus celeste misteriū videretur. Nam si mirabile est vtiq̄ que deficerant conuiuis vina supplesse? quanto est mirabilius vitā que exhausta est hominibus reparasse? Et si gloriosum est aquam in vinum mutari: quanto glorioſius est peccata in iusticiam cōmutare? et mores potius temperare qm̄ potula? Nusquam dicere illius ydrias non solum illi conuiuio sed uniuerso mundo preciosam illā monstrare substantiam: nisi quod nobis meliq̄ administrant. Constat enim ex ipsis vasculis illos hausisse ebrietatem, nos haurire iusticiam? illos percepisse vini poculū: nos calicem salutis accipere? et si dictū fas est, apud illos pertransisse quod biberūt: apud nos vero permanere cōsumimus? prestante domino nostro ihesu christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat deus benedictus in secula seculorum. Amen. Sermo eiusdē nouus supra Tertius

Gaudete in domino dilectissimi iterum dico gaudete? quoniam breui interuallo temporis post natiuitatē christi, festiuitas declarationis eius illuxit: et que in illo die virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Verbum enim caro factum, sic susceptionis nostre temperauit exordia? vt ihesus natus et credentibus manifestus: et perfectibus esset occultus. Jam tunc ergo celi enarrauerūt gloriā

dei, et in omnẽ terrã ſonus veritatis exiuit: quando et paſtoribus exercitus angelorũ ſaluatoris editi ãnuntiator apparuit, et magos ad eum adorandũ pręuia ſtella perduxit? vt a ſolis ortu vſq; ad occaſum veri regis generatio cognoſceret: cum eorum fidem et regna orientis per magos diſcerent, et romanum imperium nõ lateret. Nam ſeuitia herodis volens primordia ſibi ſuſpecti regis extinguere, huic diſpenſationi neſciens ſeruiebat vt dum atroci intentus facinori ignotũ ſibi puerũ in diſcreta infantium nece proſequitur: annuntiatũ celitus dominatoris ortũ inſignior vbiq; fama loq̃retur, quã promptiorem ad narrandum diligentioremq; faciebat et ſuperne ſignificationis nouitas: et crudeliſſimi perſecutoris impietas. Tunc autem etiam egipto ſaluator illatus eſt: vt gens antiquis erroribus dedita iam ad vicinam ſalutem per occultam gratiam vocaretur, et quę nondum ab animo eiecerat ſuperſtitionem, iam hoſpitio reciperet veritatem. Merito igitur dilectiſſimi dies iſte manifeſtatione dñi conſecratus, ſpectatem in toto mundo obtinuit dignitatem? quę in cordibus nris digno dicitur ſplendore clarescere: vt rerum geſtarum ordinem non ſolũ credendo, ſed etiam intelligendo ve neremur. Quantam enim gratiarum actionẽ debeamus deo pro illuminatione gentium: probat obcecatio iudeorum. Quid enim tam cecũ, quid tam lucis alienum quam illi ſacerdotes et ſcribe iſrahelitarũ fuerunt? qui pernunctantibus magis et herode querente, vbi chriſtus ſecundũ ſcripturarũ teſtimonia naſceretur, hoc reſponderunt de prophetico eloquio, quod indicabat ſtella de celo? Quę vtiq; poterat magos ieroſolimis pretermiſſis vſq; ad cunabula pueri ſicut poſtmodũ fecit ſua ſignificatione perducere? niſi ad confutandam iudeorum duritiam pertinuiſſet: vt non ſolũ ductu ſideris, ſed etiam ipſorũ profeſſione innoteſceret natiuitas ſaluatoris. Ja cergo ad eruditionẽ gentiũ prophetici ſermo tranſibat? et pronunciatum antiquis oraculis chriſtũ, alienigenarum corda diſcebant: cum iudeorum infidelitas veritatẽ ore proferret et mendatium corde retineret. Nolluerunt enim agnoſcere oculis, quẽ de ſacris indicabant libris? vt quem non adorabãt in infantie infirmitate humilem: poſtea crucifigerent in virtutum ſublimitatẽ fulgentem. Quę iſta iudei tam imperita in vobis ſcientia eſt, et tã indocta doctrina? Interrogati vbi chriſtus naſceretur: veraciter et memoriter dicitis, quod legiſtis in bethleem iude. Sic enim dictum eſt per prophetã. Et tu bethleẽ

iude non eris minima inter principes iuda. Ex te enim
exiet princeps: qui regat populu meu israhel. Hunc prin
cipem natum et pastoribus angeli: et vobis nunciauerr pas
tores. Hunc principem natum longinque orientalium gentiu
nationes in insolito noui syderis splendore didicerunt. Et
ne de loco editi regis ambigerent: vestra o iudei eruditio pro
didit quod stella non docuit. Cur vobis viam quam aliis
aperitis obstruitis? Cur in vestra infidelitate resedit dubi
um: quod ex vestra sit responsione manifestu? Loca natiu
tatis de scripturarum testimonio demonstratis; presentia
temporis de celi et terre attestatione agnoscitis. et tamen u
bi ad persequendu animus herodis exarsit: ibi ad no credē
dum vester sensus obduruit. Felicior ergo ignorantia infan
tium quos persecutor occidit: quam vestra scientia quos i
sua perturbatione consiluit. Vos noluistis eius regnu reci
pere: cuius oppidum potuistis ostendere. Illi potuerunt pro
ullum illi tempus esset absq miraculo, ante usum lingue
potestatem verbi tacitus exercebat. et quasi iam diceret: sini
te pueros venire ad me, taliu est enim regnu celorum: noua
gloria coronabat infantes, et de initijs suis parvulorum pri
mordia consecrabat; ut discerneretur neminem hominu diui
ni mutabilem esse sacramenti: qu etiam illa etas gloriet
apta esse martirij. Agnoscamus ergo dilectissimi in
magis adorantibus christum, vocationis nostre, fidei
q primitias: et exultantibus animis beate spei initia
celebremus. Exinde enim in eternam hereditatem re
pimus introire. exinde nobis christum eloquentia script
turarum arrhana patuerunt: et veritas iudeorum ob
cecatio non cecepit, omnibus natio nibus lumen
suum inuexit. Honoretur itaq a nobis sacratissimus
dies in quo salutis nostre auctor apparuit: et quem ma
gi infantem venerati sunt in cunabulis, nos omnipo
tentem adoremus in celis. Aut sicut illi de thezauris suis
misticas domino muneru species optulerunt: ita et nos
de cordibus nostris que deo sunt digna promamus. Cu
ius enim omnium bonorum sit ipse largitor: etiam
nostre tamen fructum querit industrie. Non enim
dormientibus provenit regnu celorum, sed in mandatis
dei ambulantibus laborantibus atq vi gilantibus:
ut si dona ipsius irrita non fecerimus, per ea que de
dit mereamur accipere que promisit. Unde cohor tam
ur dilectionem vestram: ut abstinentes vos ab omni
opere malo, que sunt casta et iusta sectemini. Filij enim
lucis abicere debent opera tenebrarum. Itaq odia decli

nate, mendatia abirite: superbiam humilitate destruite: auaritiam proicite, largitatem diligite. Decet enī ut capiti suo membra conueniant: ut promissarū beatitudinum mereamur esse consortes: per christum dnm nostrū.

QUamuis sciam dilectissimi Sermo .vij. supra. quod sanctitatem vestram hodierne festiuitatis causa non lateat, eamq; secundū consuetudinē euangelicus sermo nobis reserauit: tamen ut nostri nichil desit officij, loqui de eadem quod dominus donauerit audebo: ut in communi gaudio tanto religiosior sit oīm pietas: quanto magis fuerit intellecta solempnitas. Prouidentia mīe dei dispositum habens pereunti mundo in nouissimis temporibus subuenire, saluationem omnium gentium p̄efiniuit in christo: ut quia et cunctas nationes a veri dei cultu impius error diuīi auerterat, et ipse peculiaris dei populus israhel ab institutis legalibus pene totus exciderat: conclusis omnibus sub peccato, omnium misereretur. Deficiente enī ubiq; iustitia, et toto mundo in vana et maligna prolapso: nisi iuditiū suum potestas diuina differret: vniuersitas hominū sententiam damp nationis exciperet. Sed in indulgentiam ira translata est: et ut clarior fieret exerende gratie magnitudo: tūc placuit abolendis peccatis hominū sacramentū remissionis asserri: qū nemo poterat de suis meritis gloriari. Hujus autem dilectissimi ineffabilis mīe manifestatio: facta est herode apud iudeos tenente ius regium: ubi legitima successione cessante, et pontificum potestate destructa alienigena obtinuerat principatum: ut veri regis ortus illius prophetie probaretur uoce, que dixerat. Non deficiet princeps ex iuda, neq; dux de femoribus eius: donec veniat cui repositū est: et ipse est expectatio gentium. De quibus quondam beatissimo patriarche abrahe innumerabilis fuit promissa successio, non carnis semine, sed fidei fecunditate generanda: et ideo stellarum multitudini cōparata: ut ab omnium gentium patre, non terrena sed celestis progenies speraretur. Ad creandam ergo promissam posteritatē heredes in syderibus designati ortu noui syderis excitant: ut in quo veri adhibitum fuerat testimonium: veri famularetur obsequium. Commouit magos remotioris orientis habitatores, stellis ceteris stella fulgentior: et de miranda luminis claritate viri ad hec spectanda non inscij magnitudine significationis intelligunt: agente hoc sine dubio in eorū cordibus inspiratione diuina, ut eos tante visionis misterium non lateret: et quod oculis ostendebatur insolitum, animis non esset obscurum. Deniq; officium sue

cum religione disponunt. et his se instruit donis ut ado
ratiri unum tria se credisse demonstrent: auro honorãtes
personam regiam mirra humanam, thure diuinã. Ingre
diuntur itaq; iudaici regni precipuam ciuitatem: et in
urbe regia ostendi sibi postulant, quẽ ad regnandũ didice
rant natum. Conturbatur herodes. et timet saluti sue, ne
tuit potestati: requirit a sacerdotibus et doctoribus legis &
de ortu christi scriptura predixerit. In noticiam venit quod
fuerat prophetatũ. Veritas illuminat magos: infidelitas
obcecat magistros. Carnalis israhel non intelligit quod le
git. non videt quod ostendit: utitur paginis quarũ non cre
dit eloquijs. Ubi est iude gloriatio tua? ubi de abraham pa
tre ducta nobilitas? Cede maior seruis minori? et alieni
genis in sortem tue hereditatis intrantibus: cuius testamẽ
ti quod sola litera tenes recitatione famularis. Intret in
patriarcharum familiam plenitudo gentiũ: et benedictio
nem in semine abrahã, quam filij carnis abdicant, filij p
missionis arripiant. Adoret in tribus magis omnis po
pulus uniuersitatis auctorem. et non in iudea tantum
deus sed in toto orbe notus sit deus: ut ubiq; in israhel mag
num sit nomen eius. quoniam haut elegit grauioris dig
nitatem ut sicut infidelitas in suis posteris conuicit esse
degenerem: ita fides omnibus faciat esse cõmunem. Ado
rato autem domino magi et omni deuotione completa:
secundum admonitionem somnii nõ eodem quo uenerãt
itinere reuertuntur. Oportebat enim ut iam in christo re
denter, non per antique conuersationis semitas ambularet:
sed nouam ingressi uiam, a relictis erroribus abstinerent.
tum etiam herodis uacuarentur insidie; qui in dominum
ihesu impietatem doli per simulationem disponebat offici.
Unde quia spes istius erat soluta cõmenti: in maiorem furo
rem iracundia regis ardescit. Iam recolens tempus quod
litatis effudit. et rede gaudii in beatam ciuitatis illius dese
uit infantiam: estimans fore ut nullo illic parulo non
occiso, occideretur et christus. At ille qui sanguine suum
pro mundi redẽptione fundendum, in aliam differret e
tatem, egypto se parentum ministerio intulerat. repetẽs
scilicet hebree gentis antiqua cunabula, et principatum
ueri ioseph maioris prouidentie potestate disponens: ut il
lam diriorem omni media famem, qua egyptiorũ mentes
ueritatis inopia laborabant, ueniens e celo panis uite, et ci
bus rationis auferret. nec sine nulla ratione pararetur
singularis hostie sacramentum: in qua primũ occisione
agni, salutiferũ crucis signũ, et paschadñi fuerat pformatũ.

Hys igitur dilectissimi diuine gratie mysteriis eruditi, diem primitiarum nostrarum, et inchoationem vocationis gentium rationabili gaudio celebremus: gratias agentes misericordi domino, qui dignos nos fecit, sicut ait beatus apostolus, in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filij dilectionis sue. Qui sicut prophetauit ysaias populus qui sedebat in tenebris lucem vidit magnam: et qui habitabant in regione vmbre mortis lux orta est eis. De quibus idem dicit ad dominum. Gentes que te non nouerunt inuocabunt te: et populi qui te nescierunt ad te confugient. Hunc diem abraham vidit et gauisus est: cui benedicendos fidei sue filios in semine suo quod est christus agnouit, et omnem se futurum gentium patrem credendo prospexit. Date gloriam deo: et plenissime sciens quia quod promisit potens est et facere. Hunc diem dauid canebat in psalmis dicens. Omnes gentes quascunque fecisti venient et adorabunt coram te domine: et honorificabunt nomen tuum. Et illud. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Quod vtique ex eo fieri nouimus: ex quo tres magos de longinquitate sue regionis exitos ad cognoscendum et adorandum regem reli et terre stella perduxit. Cuius vtique famulatus ad fidem nos sui hortatur obsequij: vt huic gratie que omnes inuitat ad christum quantum possumus seruiamus. Qui enim in ecclesia pie viuit et caste, qui ea que sursum sunt sapit, non que super terram, celestis quodammodo instar luminis est, et dum ipse sancte vite seruat nitorem: multis viam ad dominum quasi stella demonstrat. In quo studio dilectissimi omnes vobis inuicem prodesse debetis: vt in regno dei ad quod recta fide et bonis operibus peruenitur, sicut filij lucis splendeatis: per christum dominum nostrum. Amen. Sermo

Audistis fratres lectionem euangelij: salutaria presentis diei sacramenta recitante. Audistis qualiter christus dominus, qui in hunc mundum latenter aduenit, paulatim dignatus est suam aperire mortalibus manifestationem: quamque charissimi latere inter obscura seculi, lumen celeste non poterat. Denique cum visitationem suam, nec dum terra dinoscere: celum suis gaudia et totius mundi letitiam, caldeis stupentibus, tacito in sydere loquebatur: et cum quis quantus esset nec dum infidelis posset videre iudea: iam tunc gloriam eius indicijs excitata celestibus gentilitas sentiebat. Noua et stella nouum aduenisse hominem reuelabat: et ita renata nouum, vt cui dei esset filius, induceret carnem, sine generatione carnali: et haberet

secundum hominem tempus nascendi, qui secundum de um natiuitatis non habebat initium. Quod minimum erat: ut unigenitus altissimi quod non capit celum: parui simi tugurij minimum presepe sufficeret. Quod erat: ut qui intelestibus cum deo patre regnabat: terrena matre contentus, vagitus infantie daret in pannis. Letemur itaq; fratres totisq; gaudijs exultemus: quia nobis natus est christus ex femina, nobis iacuit in presepi: nobis vagi ebat in cunis, nobis arridebat in stella. Totum enim nobis p ficiebat: quicquid saluator hominis agebat in homine. Ait itaq; ciuitas celicy sermo. Ecce magi ab oriente venerut ihersolymam dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorū? Vidimus stellam eius in oriente: et venimus adorare e um. Quousq; iudee durissime obtusa aure, clausis oculis et perfido corde persistis? Ecce iam post illa patriarcha rum preconia, post vaticinia prophetarum: christus a gentibus predicatur. Si patribus tuis credere detrac tas, qui ab initio seculi eterni regis aduentum innu meris sacratisq; votibus cecinerunt: crede vel his tā dem qui eum non adhuc post tempora nascturum: sed iam et apud te et tibi natū esse testantur. Que tā ta est ui pectore tuo mortifere obstinationis aduersio ut solis non audias quod omnes loquuntur, solus refugias quod uniuersitas credit: solus certe videre contemptus quod splendet e celo? Apud te virgo concepit, et uirginis nec partu alienus cognoscit? tibi salu tem tuam angelice voces persuadere non possunt: et ad christum tuum ona caldeos stella protraxit. Vbi est inquiunt magi qui natus est rex iudeorū? Vidimus stellam eius in oriento: et venimus adorare eū. In his impletum est illud: quod pro phetico sermone predic tum est. Quibus non est nunciatum de eo videbūt: et qui non audierunt intelligent. Ecce enim caldeus cui nec nunciatum de christo fuerat, nec audierat: et vidit stellam christi: et adesse eum intellexit i stella. Adorant itaq; magi dominum et offerunt munera: ut impleretur quod ait ille precipuus prophetarum da uid. Afferte domino patrie gentiū: afferte domino gloriam et honorem. Domino et domino quod ait: do minum illum esse secūdū deum, dominū et secundū hominem mistico sermone declarat. Quod enī deus e creator est mundi: quod homo est redemptor est mun di. Quo ergo non priuilegio utriusq; substantie dūs est omniū christus? qui sibi uniuersa aut creatione, aut redemptione subegit? Afferte ergo dño gloriā et honorē.

honoris est ergo charissimi quod offerunt gentiles munera: gloriæ quod adorant. Illi munera caldei offerunt et adorant: unū ab illis defertur ut regi: aliud exhibetur ut deo. Qui itaq; adorato christo oblatisq; muneribus: per aliam ut lectum est viā reuersi sunt in regionem suam. Certissime per aliam viam redeunt: ne truculentus herodes qui mortem parabat infanti, itinere magorum perire possit ad christum. Illæq; enim qui adorare deum venerant: poterant domini esse proditores. Quam bene fratres per aliam viam rediisse dicuntur. Nam qui stella duce venerāt in iudeam: in patriam suam eterni solis illuminati radijs reuersi sunt. Et ideo omnium reuerentia celebremus hunc diem: magorum obsequia nostra deuotione superemus: qui si illi christum iacentē in cunabulis repperierunt: nos eum regnantem habemus in celo: Sermo bñ fulgē

Qui in vigilia ephē domini

Qvistis fratres charissimi quia dies iste qui nobis in honorem domini per annos singulos celebratur: ore cunctorū fidelium epyphania veneranbiliter nūcupatur. Et quia grecum probatur esse vocabulum: multis est latinis incognitum. Inde est quod nomen istud omnes quidem latini dicūt: sed non omnes inueniuntur nosse quod dicunt. Proinde bonum est ut cuncti qui diē hodiernā epyphaniā nuncupant, et cur hoc dicatur ignorant: sacramentum dici huius, nominis interpretatione cognoscant. Debet enim dici huius solemnitas a fidelibus celebrari: et ideo solēpnitatis causa non debet ignorari. Hunc ergo diem ut diximus: epphiā vocat christiana religio. Epiphania vero interpretatur manifestio. Traditum autem tenemus a patribus: quod unigenitus deus, postquam est secundum carnē temporaliter natus, in isto die est magis venientibus manifestatus: a quibus est oblatis muneribus suppliciter adoratus. Nam quia ipse est deus qui sibi in veteri testamento primitias offerri mandauit: idem deus homo natus, gentiū primitias suo cultui dedicauit. Apostolica vero testatur auctoritas: qz unus est deus qui iustificat circūcisionem ex fide et præputium per fidem: circūcisionis nomine iudeos: præputij nomine gentes indubitanter ostendens. Isti sunt duo parietes qui ex diuerso venerunt: et in lapidem qui factus est in caput anguli unitate fidei conuenerunt. Unus paries venit ex iudeis: alter venit ex gentibus. Longe a se diuersi erant: qui diuersa credebant. Positus est in medio lapis angularis: qui ad se utrūq; parietem duceret, et utrumq; uno nomine nūcuparet: esset

¶ vnū cōmunione vocabuli, qui fierent in vna gratia
sacramenti. ¶ Per christum enim que est pax nostra faciens
vtrunq; vnum, iudei et gentiles facti sunt vnū: quibus
fidei vnitate, vnū indidit nominis christiani vocabulum.
Ad lapidem ergo angularem uterq; paries venit; et vnum
angulum fidei vnitas fecit. Vterq duorum parietum
vnus adductus est: quando pāstoribus iudeis christū na
tum angelus nuntiauit. Alter paries adductus est: quan
do gentilibus magis nouū sydus apparuit. Illi fuerunt
primitie iudeorum: isti facti sunt primitie gentiū. Illi de
proximo adducti: isti delonge reducti. ¶ Prope enim erant
iudei qui christum colebant: longe erant gentes que ydo
lis seruiebant. Nec vtiq; significabant pastores, qui nasce
te christo prope sunt inuenti: et magi qui sunt de longin
quis partibus orientis adducti. ¶ Qui tamē venientes ad
ipsi iudei non essent, regem iudeorum se querere professi
sunt: et ad ipsum adorandum se venisse dixerunt. Ait em
euangelista: quia magi ab oriente venerunt ihersolimā
dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus e
nim stellam eius in oriente: et venimus adorare eū. Quid
est hoc dilectissimi fratres? vt isti magi regem iudeorum
adorandum quererent, cum ipsi iudei non essent? Et quē
regem? Vtiq; non herodem: sed christum volunt adorare.
Regem nuper natum: nec adorant ante regem ante annos
aliquot ordinatum. Adorare cupiunt nascentem latentē:
nec adorant regem populis imperantem. ¶ Nam et de hero
de rege iudeorum filij iam fuerant nati: qui erant patre mor
tuo regnaturi. ¶ Mortuo enī isto herode archelaus regnauit
in iudea: et galilee principatū iunior herodes optinuit. Ar
chelaus natus est in palatio: christus in diuersorio. Archye
laus natus in lecto est argenteo positus: christus autem
natus in presepio est brevissimo collocatus. Ille forte preti
osis inuolutus est sericis: iste vilissimis inuolutus est pan
nis. Et tamen ille natus in palatio cōtēnitur: iste natus
in diuersorio queritur. Ille a magis nullatenus nomina
tur: iste inuentus suppliciter adoratur. Omnino spernitur
primogenitus regis: et muneribus honoratur pri
mogenitus pauperule mulieris. Quis est iste rex iudeo
rum? pauper et diues, humilis et sublimis? Quis est iste
rex iudeorum? qui portatur vt paruulus, adoratur vt deus?
Parvus in presepio, immensus in celo? vilis in pannis:
preciosus in stellis. Cuius natiuitate comperta herodes
turbatus est: et omnis ihersolyma cum eo. Quid est q
sic turbaris herodes? Cum natū regē iudeorum audisti tur
baris? suspicionibus agitaris: inuidie stimulis īflāma

rib: et ob hoc natum regem occidere conaris. Inanis est ista turbatio tua: et vana prorsus est cogitatio tua. Rex iste qui natus est non venit reges pugnando superare: sed moriendo mirabiliter subiugare. Non ideo natus est ut tibi succedat: sed ut in eum mundus fideliter credat. Venit enim non ut pugnet vinus, sed ut triumphet omnibus: nec ut sibi de aliis gentibus aurum exercitum querat: sed ut pro saluandis gentibus preciosum sanguinem fundat. Inaniter mundo timuisti successorem: quem credendo debuisti quere re saluatorem: quia si in eum credires, cum eo regnares: et sicut ab illo accepisti tpale regnu, acciperes etiam sempiternum. Huius enim pueri regnu non est de hoc mundo: sed per ipsum regnatur in mundo. Ipse enim est sapientia dei. Ideo dicit in proverbiis. Per reges me regnant. Puer iste verbu dei est: puer iste virtus et sapientia dei est. Si potes contra dei sapientiam cogita: in tuam pernitiem versaris et nescis. Tu enim regnum nullatenus habuisses: nisi ab isto puero qui nunc natus est accepisses. Puer iste qui nunc a magis rex dicitur iudeorum: idem creator est et dominus angelorum. Quapropter cuius times infantiam nascentis: magis timere debes omnipotentiam iudicantis. Nolli ergo cum timere regni tui successorem: sed time infidelitatis tue iustissimu dampnatorem. Utinam cum magis adorantibus, etiam tu pariter adorares: et non ad eum magos fraudulenta calliditate mandares. Ite inquit et interrogate diligenter de puero: et cu inueneritis nunciate mihi: ut et ego veniens adorem eum. O calliditas ficta: o incredulitas impia: o nequitia fraudulenta. Si adorare istum puerum certissime disponebas: cur pro illo multos pueros occidebas? Sanguis innocentum quem crudeliter effudisti: attestatur quid de hoc puero voluisti. Et tamen non solum istum puerum no inuenisti: sed nec illis pueris aliquid nocuisti: imo inscius quod illis proderat hoc egisti. Per sentiam quippe tuam facti sunt martires: qui per infantiam sua fuerunt innocentes: qui per gratiam huius pueri pro eo meruerunt mori: priusq; cum possent coram hominibus confiteri. Iste itaq; puer qui mundu creauit, qui mundum regit, qui omnia quecunq; vult facit, qui cuncta mirabili atq; insuperabili diuinitate dispo nit: hoc ordinauit, hoc egit, ut per tuam inuidiam furiosam, illi pueri mortem susciperent preciosam: et quia ad salutem tuam prestare non poterant innocentie: hoc ad dampnationem tuam facerent inimicus. Ad hoc ergo te permisit infantes occidere: ut illos de te faceret triumphatores

phare. Te ergo permisit ad nequitiam: illos perduxit ad
palmam. Unus enim idē est dominus oīpotens: qui
paruulus vagiens. Unus idē est qui tuā crudelitatem
dignatus est fugere: cuius maiestatem non potes effuge
re. Fugit enim non in formidine humana: sed dispensa
tione diuina. Fugit non necessitate: sed potestate. Ideo
autem dignatus est in egyptum fugere: ut postea cruce
dignaretur ascendere. Et illa potestate puer latuit in egyp
to: qua potestate iuuenis pependit in ligno. Unus enim
idē est mortis susceptor: uitē largitor. Unus idē est
immortalis ex patre, mortalis ex matre, propria potes
tate moriēs: propria potestate resurgens. Iste itaq; pu
er qui natus est ideo nō inuenit in numero paruulorū
morientiū: quia ipse est expectatio gentium. Sanguis
huius pueri propterea non cum istorum funditur sangui
ne puerorū: quia solus in remissionem fundendus est
peccatorum. Et illi omnes pueri inaniter morerentur:
nisi huius sanguine saluarentur. Et iste quidem puer
certissime morietur: quia si mori nollet, nullatenus ma
neret. Morietur autem non ut impleat seuitiā tuam:
sed ut perficiat mansuetudinem suam. Faciet enim eum
mori benignitas propria: non malignitas aliena. Mori
etur non ut tu infidelis reges in seculo: sed ut secum reg
nare faciat fideles in celo. Morietur non ut regnum amit
tat: sed ut regeneratiros acquirat. Morietur nō breuem
vitam: sed ut conferat sempiternā. Morietur nō ut seruus
iniquitatis: sed ut dominus maiestatis. Morietur non vi
lo necessitatis: sed proposito voluntatis. Morietur mira
biliter. Morietur miserecorditer: morietur singulariter. Mo
rietur per propriam potestatem: ut suam in omnibus imple
at voluntatem. Ad hoc enim miserecorditer morietur: ut re
surgens cunctis gentibus dominetur. Morietur ergo sicut
unus: ut quidem quem deum hominem concepit fides virgi
nis, et deum hominem peperit fecunditas virginalis. Si
nescis veram huius pueri deitatem, attende stellam in celo
fulgentem: magos precedentem, et iter ignorantibus osten
dentem. Nec stella unquam apparuit, quia nunc eam pu
er iste creauit: et magis aduenientibus preuiam depuit
uit. Iste puer in presepi quidem parulus collocatur: sed
magnus in celo mirabiliter operatur. Permittit se ma
nibus in terra portari: sed precepit sibi celestia famulari.
Quid est ergo quod infantilem attendis etatem, et eig
diuina non intelligis potestatem? Sic fuit veraciter
intimanda pueri huius naīalis diuinitas et naturalis
humanitas, utraq; naturaliter vera, utraq; unitas: nec

° naturalis

in se mulierem confusa, et non a se mulierem separata.
Ipsum enim habuit maria filium de se natum: cui
stella debite seruitutis exhibuit famulatum. Ipsum
cunctis maria in bethlem dominum hominem peperit:
quem stella magis in oriente positis nunciauit. Magi
ergo venerunt: et filium virginis unum cunctis deum homi
nem cognouerunt. Denique attende quid obtulerint:
et agnosce quid crediderunt. Refert enim euangelista. Ha
bitantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius:
et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris
suis: obtulerunt ei munera, aurum thus et mirrham. Per
ista tria munerum genera, in uno eodemque christo, et diui
na maiestas et regis potestas: et humana mortalitas insti
tuatur. Thus enim ad sacrificium, aurum pertinet ad tribu
tum: mirra pertinet ad sepulturam mortuorum. Dum
hec sancta fides christo ueraciter offerre non desinit. Dum
dum unum eundemque uerum deum, uerum regem, uerumque ho
minem credit: ut uere pro nobis mortuum ueraciter re
cognoscat. In oblatione thuris confunditur arrianus:
qui soli patri sacrificium offerri debere contendit. In
oblatione myrre confunditur manicheus: qui christum
uere mortuum pro nostra salute non credit. In auro
uero uterque confunditur. Quia et manicheus de semi
ne dauid non credit regem secundum carnem natum:
et arrianus deo unigenito naturalem assignare nititur
seruitutem. Proinde uterque non experietur regem a quo
per fidem regatur, sed a quo per infidelitatis crimen pu
niatur: quia ab uno diuinitatis, ab altero carnis veri
tas denegatur. In ysdem muneribus confunditur eti
am nestorius qui nititur christum in duas personas di
uidere. Cum uideat magos non alium deum, et alium homini:
sed unum deum hominemque eadem munera obtulisse supplices.
Non ergo diuidatur in personis: qui non inuenitur diui
sus in donis. Propterea quippe unus idemque istis muneribus
honoratur: ut unus idemque deus et homo cognoscatur. Ista
magorum oblatio, confundit etiam eutichetis insaniam:
qui non uult in christo utramque ueram predicare naturam.
Veritatem quippe istorum munerum tollit: dum in christo
unam naturam predicare contendit. Nos itaque dilectissi
mi fratres, offeramus christo indubitanter in fide, quod
magi obtulisse cognoscuntur in munere: ut uere diuini
tatis humanitatisque confessio ipsa sit apud christum nra
fidelis oblatio. Hec munera cum magis uniuersaliter offe
ramus. Et ad regionem sanctorum tota cordis deuotione
tendamus: nec teneamus uiam ueteris uite, sed diuinis

mandatis hyumiliter obsequentes, viam inuitemur et quā
precepit dominus ambulemus: vt ad patriam venire va
leamus: vbi sine fine cum ipso domino gaudeamus. Via
enim hominis est vita eius. Qui male viuit: viā tenet
erroris. Qui bene viuit: per viam graditur veritatis. Qui
propter qui ambulat viam fornicationis: viam teneat cas
titatis. Qui viam tenebat auaritie: teneat viam mie.
Qui ambulat per viam fictionis: viam nunc teneat pu
ritatis. Ambulemus bene per fidem vt perueniamus ad
speciem: vbi plenū erit gaudiū nostrum: quia implebitur
in bonis desiderium nostrum. Sermo beati Maximi epi scopi
de epiphania domini:
Dilectissimi fratres christus salutis nostre dominus, omnipotentis patris
filius coeternus, velamine carnis ad opertus,
et hyumilis dignatus sit visitare mortales, dedit tamen
multa ac magna sue maiestatis indicia: quibus mens
humana sentiret, et nouum hominem natum, et deum ad
uentasse de celo. Nam cū ipse dominus noster lege natiui
tatis humane parvulus et infans apud iudeam vagiret
in cunis, lateret in pannis: magnificentiam tamen eius
vniuerso orbi mirabilis ab alto stella prodebat. Quis
enim dubitet ipsam stellam letiore luce, et fulgentiori by
radio choruscasse, que celi terreq lumen humanis oculis
ingerebat? Et necesse erat vt stella ipsa a ceteris syderibus
orbe clariore distaret, que annunciabat christum: cuius
natiuitas ab vniuersis mortalibus differebat. Et nouo
quidem sydere tunc micabat celum: sed magis nouo mi
rabili lumine refulgebat. Quis hanc inuestigare miraculo
rum gloriam posset, quod pro remedio salutis nostre uno
codeq momento creatura lucebat in celo, et creator splende
bat in terris? Nec mirum charissimi: si celorum dominum
testimonium celeste prosequitur. Aut cur nobis incredulum
videatur, si conditorem suū obsequens factura testatur? Et
mirabatur quidem terra quod nouam stellam videret in ce
lo: sed plus mirabatur celum quod nouū solem videbat in ter
ris. Quam profunde cogitationes dei, et inuestigabiles vie
eius, qui ne perfidia hominum, partum virginis impugna
ret: dedit ab excelso clarissimum signum, quod nec gentili
tas refutare posset, nec iudea celare. Veniunt itaq vt lectū
est caldei ab oriente, sequuntur preuiam stellam, non ma
gica arte recognitam: sed sui nouitate mirabilem. Idcirco
autem magi apud israhel precipue natum regem requirut,
quia balaam ille ariolus et sacerdos quondam gentium,
cuius asina locuta perhibetur: stellam ex iacob oriundam
et hominem ex israhel prophetauerat esse venturū. Vit em

inter cetera: sicut legitur. Orietur stella ex iacob: et exurget homo ex israhel. Nemo ergo nunc miretur natiuitatē dominicam agnouisse caldeos? quam utiq; se reuelante deo gentilis prenunciare potuit: gentilis agnoscere. Fuit enim hoc quantum estimari datur superne dispositionis arbitrium? ut inter sacratissimas prophetarum uoces, etiam ab infideli homine eius predicaretur aduentus: qui pro fidelium, infidelium erat redemptione uenturus. Et ea nimirū ratione prophetauerat ydolorum sacerdos? ut si iudeis predicatoribus de aduentu christi credere forte gentilitas renuisset: suorum saltem testimonium sequeretur auctorum. Nec dubitemus omnipotentem ac benignissimū deum, balaam illi alienigene prescientie dare potuisse sermonem: qui asine ipsius linguam in uerba potuit humana relaxare. Loquebatur igitur sessoris arioli asina. Pronū quippe animal et naturaliter inspiciens in terram? ut manifesto signaretur inditio, cum uniuersa gentilitas que arie dedita, et in terram semper perfidie sue pondere pressa, despiciens omnipotentis dei cultū, tacita erat et muta, aduentante stella ex iacob, et homine ex israhel, erectis ad celum oculis, eterni dei gloriam quotidianis esset confessionibus locutura. Venit itaq; fratres ab oriente illuminata gentilitas: iudea uero durissimi cordis sui infidelitate cecata remanet in occasu. Quomodo autem non uere in occasu et in tenebris tabescit omnis contumatia iudeorum? qui indefessi solis presentiam respuentes, diem perpetuum perdiderunt? Et bene charissimi uno itinere tres simul adoraturi ueniunt magi: quia in uno christo iesu, qui omniū credentium uia est inseparata ab eis erat trinitas adoranda. Deferunt autem et munera: que non tam munera quam misteria probarentur. Offerunt ei aurum. In auro fratres ostenditur captiuitatis nostre pretiosa redemptio? in thure autē et demoniorum superstitio cessatura, et future uelut religionis cultus aperitur: in myrra uero qua cetera solent corpora conseruari prefiguratur carnis nostre reparatio, et resurrectio mortuorum. Licet autem offerri christo tam sacrata donaria: non magorum arbitrium sed inspiratio omnipotentis elegit. Quantum enim ad gloriā pertinet christi: munera licet inuperta carnaliter, ma iestati eius omnimodis uidentur indigna. Quam quo domino immortali aurum? quod utiq; solis est mortalibus et usui et amori? Quo omnipotenti deo thus, cuius odore etiam symulachra a gentibus honorantur? Aut quo ei mirra fetidorum corporum adimentum? cuius

carni nulla mortis erat damnatura corruptio? Quę ō
nia dilectissimi apud dei filium superflua videbuntur
et vana: nisi obumbrata in illis vite nostre sacramen
ta credantur. Propter quod fratres speremus in domino
et confortetur cor vestrum: vt in nobis quoq; stella fi
dei illucescat: que nos via recta et sine errore perducat
ad christum. Offeramus et nos actuum nostrorum
deuotionisq; munuscula: que iam non in terris et in
cunis iacens suscipiat christus: sed que sedens ad dex
teram patris amplectatur in celo. Sermo eiusd de eode
festo epiphanie dñi

Vt prophetarum precipuus
ysaias: sicut audistis charissimi. Illuminare
illuminare ierusalem. Adest enim lumen tu
um: et maiestas domini in te exorta est. Ierusalē
vero manifestum est esse fidelium ciuitatem. Unde
nos fratres qui portas celestis ierusalem cepimus in
troire, illuminati salutaribus sacramentis in conspec
tu dei nostri, nouo gaudio necesse est exultemus: quia
noua hodie stella, nouū mundo hominem reuelauit.
Nos profecto die christus iesus a patre veniens, deus et
homo natus est et femina: sub specie adorantium cal
deorum fidem gentiū dedicauit. Qui quamuis diui
nitatem suam nostri corporis obumbratione velaret:
deum tamen esse illum celum prodidit, et terra agno
uit. Humilis quidem sed mirabilis venit: vt pariter
in eo et assumpte carnis veritas, et ineffabilis deitatis
natura fulgeret. Et quamq; nascentem illum cunabu
la terrena susceperint: non tamen esse terrenū celeste sig
naculum testabatur. In cunis nāq; iacebat: sed radiabat
e celo. Vagiebat apud iudeos: apud gentiles regnabat.
In bethleem lactabatur a matre: et in caldea adora
batur a magis. Ait beatissimus euangelista mathe9.
Ecce magi ab oriente venerunt dicentes. Ubi est qui na
tus est rex iudeorum? Quam bene ab oriente propera
re dicuntur: qui adoraturi sempiternū veniunt ori
entem. De quo dictum est. Et visitauit nos oriens
ex alto: illuminare hys qui in tenebris et in umbra
mortis sedent. Deinde subiungunt caldei. Vidimus
stellam eius: et venimus adorare eum. Eius inquiūt
stellam vidimus. Bene eius? quia quamuis omnes ab
eodem create stelle ipsius sint: hec tamen proprie christi
erat, que specialiter eius nuntiabat aduentum. Et
cetere quidem facte sunt stelle vt mundi istius tempo
ra circūq; distinguerent: hec vero prodire iussa est, vt
ipsum mundi dominum, et regni celestis adesse tempus

ostenderet. Aiunt itaq; magi. Vidimus stellam eius: et
venimus adorare eum. Ecce chzistum qui non habent
habere voluit: et inuenire contendunt. Judeus deum
suum refugit, paganus inquirit: quod proximus non
agnoscit, alienus intelligit. Gentilis stellam chi
videt et venit: iudeus chzistum videt et inuidet: sicut
lectum est. In sua venit: et sui eum non receperunt. De
re iudea durissima, suaq; infidelitate cecata non videbat
quod stella radiabat: nec audire poterat quod angeli cō
clamabant. Igitur inquirentibus ac dicentibus ubi ē
qui natus est rex iudeorum? turbatus est rex iudeorum
herodes: et omnis iherosolima cum illo. Turbatur rex
regno credo metuens suo? nescius quia chzistus non ve
niebat regnum eius inuadere sed saluare: et quod nulli
inferret mortem, qui esset uita cunctorum. Et cum am
bularent magi stella sicut lectum est quam viderant in
oriente antecedebat eos: donec veniret et staret supra u
bi erat puer. Venit inquit: et stetit ubi erat puer. Istud
non dicere et clamare videbatur, hic est puer quem natū
testabar e celo. hic est rex ille magnus qui venit celesti
imperio regnum sociare terrarum? Vere stella her dñi
ec natiuitatis ministra? que tanto est cęlicis obsecuta
famulatu, ut in inquirendo chzisto non solum eos mone
ret e celo: sed et duratum illis prebceret in terris. Ado-
to itaq; domino magi oblatisq; muneribus: pretereūtes
herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.
Neq; vero poterant per herodem id est itinere mortis re
dire: qui in patriam suam adorato dei filio celestis uite
munera reportabant. Illusus ergo herodes et contemptus
a magis, ut ait euangelista iratus est valde: et misit et
occidit omnes pueros qui erant in bethleem a bimatu et
infra. A bimatu inquit et infra. Et tūc describitur occiso
rum: ut occidentis innotescat acerbitas. Ira perusta:
inconsultaq; scientis indignatio. Chaldeis irascitur in
nocentes interficit? et dum in mortem immaculati fer
tur infantis, lactentium perimit turbas: ętiq; iniquis
simum regem qui indebitum querebat sanguinem, pro
strate multitudinis multiplex reatus inuoluceret. Nec
aduertere potest furentis insania: quod ille qui mor
tuos morte sua uiuificare veniebat, cogi in mortem nō
posset inuitus. Et her omnia charissimi agebat per
herodem diabolus? ut per voluntatis sue ministrum
aut chzistum perimeret: aut parvulorum nece letis
simum chzisti contristaret ingressum. Sed nulla sit
apud fideles innocentium de morte tristicia? ęa chzisti

iustissimus retributor propter se passos, sue fecit participes passionis: atq; eos quibus libenter vitam parabat eternam, patienter permisit occidi. Proinde nos dilectissimi venientes ex gentibus, quibus in stella dominica salutare lumen radiauit e celo, apud se virginis fidelis est partus, quibus christus et in cunabulis deus est: deuotionis ac fidei nostre munera deferentes herodis perfidiam declinemus. et sanctificato corpore ac spiritu nostram misericordiam diligentes, sacratissimum semper domini honoremus aduentum: ut sicut de eius illuminatione gaudemus ita de nostra retributione letemur. ℣ Ite dē de eodem

Salutare nobis est fratres atq; comunicēs Die .i.
ut concurrentes ad festa dominica et misteria
saluatoris nostri, de cuius natiuitate gauisi sumus, eius manifestatione letemur. quia sicut nascendo gloriosus est dei filius: ita apparendo mirabilis. Mirum nanq; quod christus processit ex uirgine: nec minus magnificum quod ostensus e celo est. Mirū valde quod nouum hominem terra suscepit: stupendum nichilominus quod nouū lumen hominem, noua de celo stella prodiderit. Apud indeam christus in presepi pastoribus vagiebat: et in caldea magorum oculis inter sydera choruscabat. Apud iudeos sordebat in pannis: apud gentiles fulgebat in gloria. Et quidem necesse erat ut celorum dominum testimonium celeste precederet: et auctorem lucis, signum luminis reuelaret. Magnum hoc fratres tremendiq; misterium: cum unus ideq; annunciatur de patre deus: et homo de matre. Unus idemq; filius femine, et filius maiestatis: unus ideq; hominum particeps et dominus angelorum. Quis enim valeat estimare quanti sacramenti, quanteq; sit gratie, quod ille sugit ubera qui pascit omnia, et qui uniuersis animantibus uiuendi substantiam prestat e celo, ob salutem terrestrium, terreno lacte nutritur? Nullus ergo ambigat, nemo muretur, quod christus in terra degens fulgebat in celo: quia sic uenit ad terras, ut non relinqueret celum. Et inde est quod uirginalem hunc puerum laudant angeli, mirantur pastores, celum attestatur, uenerantur et magi: quia nuptiis eius natiuitas sempiterno gaudio et terram letificauit et celum. Hunc ergo regem celestium hominumq; rectorem sub carnis misterio uenientem inuidus tremit herodes: iudea infidelis abiurat. Tremit herodes infantem regie dignitatis: ea bonitate nascentis ignorat.

Admirat christum iudea quem predicat. quia impietatibus suis metuens. iusti iudicis refugit equitatem: et scelerum suorum obcecata tenebris, sola videre non potest, quod omnibus splendet e celo. Et cum omnium patriarcharum doctrina, ac prophetica sanctorum virorum eloquia ad agnitionem filij dei iudaica corda non flexerint: unius stelle radius fidem gentium suscitauit. Quae tanta permutatio fratres? quae ista conuersio est? Apud iudeos propheta loquitur nec auditur: apud gentiles stella tacet et suadet. Vere sicut scriptum est: quibus nō est nunciatum de eo videbunt, et qui nō audierunt intelligent. Vere enim caldei quibus nichil unquam fuerat de huiusmodi misteriis predicatum, intellexerunt natiuitatem christi: ipsumque christū sollicite perquirentes, celo monstrante viderunt. Vter sane a quibuscunque uilibus obscuris abiectisque hominibus licet sunt intellecta vel visa: sed a caldeis idest apud quos superstitionū regnabat error: In hos ingressus nunc dum christus: primitias fidei salutaris inuenit. Et factum est inter iudeos ac gentiles perfidie quoddam fidei certamen. Natō enim christo exultabat caldea: et tota cum suis principibus ierosolima torquebatur. Insectabatur herodes iudeus: magus adorabat. Herodes ferebat gladium: caldeus munera preparabat. Sed quid mirum si turba illa iudaica christi non suscepit infantiam? quae etiam mortuos suscitantem contumaciter abusa contempsit? Quid mirum si in cunis latentem christum spreuere iudei, quem cum cecis vel noua daret lumina vel repararet amissa, languoresque varios salutifero sermone curaret, ad omnia beneficia domini redimentis ingrati, mendacis lingue calumpnijs incusabant? Quid mirum si in cuius natiuitate stelle splendentis indicia intellexerunt? in cuius etiam passione sole lugente letati sunt? Quid mirum si caldeis aduenientibus hij credere noluerunt? quos ad fidem veritatis adducere concursus non potuit angelorum? Letemur itaque nos fratres et exultemus in domino festiuitatem perhennis misterij ob cum gaudio celebrantes. qui natiuitatem dominicam non cōcertuis carnalibus abnegamus, sed fide simplici confitemur: qui saluatoris aduentum non nunciantibus magis, sed attestante desuper patre cognouimus. qui christum dominum non iam iter

cunabula vagientem querimus: sed regnantem vene-
ramur in celo. Sermo bti Maximi in octava epiphanie:

Omplura nobis fratres atq; diuersa festiuitas
presentis diei salutarium misteriorum sacra-
menta multiplicat. Nam sicut posteritati sue
fidelis mandauit antiquitas: hodie saluator hu-
mani generis celestibus ostensis indicijs a caldeis
est adoratus. Hodie christus beati iohannis ministe-
rio fluenta iordanis: benedictione proprij baptis-
matis consecrauit. Hodie etiam nuptialis ad nup-
tias: diuinitatis sue potentiam manifestans aq̃s
vertit in vinum. Aquas inquam vertit in vinū:
idest quas sanctificauit in baptismo, nobilitauit in
nuptijs. Tria quippe hec fratres vnius dei misteria
recensemus: que per vnum dominum dignatio
trinitatis implenit. Neq; enim aliquando in ope-
ratione virtutum abesse sibi unitas potest: aut
unq̃ separari abinuicem poterit quod deitate est in-
diuisum. Denicq; cum baptisaretur saluator: nō
se deesse vnigenito pater in voce prodidit, spiritus
in columba. Non ergo miremur fratres quibus
in fide est trinitas: si tria unum nobis idest misteri-
a consecrarunt. Hodie itaq; ut diximus magus
per stellam repperit: quod iudeus credere noluit per
prophetas. Hodie gentilitas edocta de celo redēpto-
rem mundi inquirit ut regem, munneratur ut fortē:
adorat ut deum. Et quam recte charissimi in testi-
monium nouę natiuitatis noua terris stella resplē-
duit. Nouа stella resplenduit: cuius utiq; iudeorum
gens perfida nec radium ornitare possit nec abscō-
dere veritatem. Neq; enim vlla iam per eos poterat
locum habere malignę interpretationis obscuritas:
ubi celum ipsum vniuersorum oculis sydereo lumi-
ne credenda fulgebat. Et quam hoc mirabile quod
exiguus stelle radius stupentia alienigenarū corda
permouit, cum illum iudaicum populum cui ma-
re diuisum, cui prebitum manna de nubibus, nec
ignea potuerit et ipsa de celo minans columpna con-
uertere. Sed iam ad christi baptismum propere-
mus. Venit inquit ihesus ad iordanem: ut bapti-
saretur a iohanne. Cui ait iohannes. Ego a te de-
beo baptizari, et tu venis ad me? Ego utiq; a te de-
beo baptizari, quia michi est ex paterna prevaricā-
tione corruptio: et tibi in paterna maiestate cōmu-
nio. Ego in hunc mundum carnali sū patrē pfusq:

tu vero hui ab ingenito patre vnigenitus aduenisti. ¶Ne viri et femine naturalis copula prorepsit: te autem altissimi obumbrante virtute veneranda nobis virginitas dedit. Ego terrenum animal: tu agnus es dei. Ego peccati lege mortalis: tu autem aduersus peccatum veniens, nescis subiacere peccato. Et post omnia ego factus sum redimendus a te: tu autem natus ut redimas. Cui indignatus respondit ihesus. Sine modo. Sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam. ¶Deest omnia quidē vera sunt que memoras: sed lex mei aduentus est ratio: ut quia sub lege factus sum ordo legitimus suppleatur. Veni enim non ut mihi viuerem, cui vita eterna cum patre est: sed ut conditionē vere mortis auferrem. Et hoc est iustissimum: ut quia totum susrepi hominem, per omnia hominis trās eam sacramenta. Et reuera fratres quomodo pro nobis christus ad baptismum non veniret? propter quos etiam corpore circūcisionis nō vitauit iniuriam? Vnde et iohannes salutare mysterium recognoscens, non iam dei filium ut baptista sanctificat: sed ut deuotus minister celestibus obtēperat īperatis. ¶Nec enim poterat non obedire seruus domino: preco iudici, regi miles, precursor auctori. Atq; ut hec omnia diuinitate agi plenius perfectiusq; prophetia dinosceret? in specie columbe sanctus se spiritus videri dedit: et in voce sermonis pater audiri. Ait em. ¶Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Videte et intendite fratres: quantū gratie de diuina dignatione [illegible] mortalitas consequat. ¶Nam ut sacratissima redemptionis nostre mysteria confirmentur, et ut manifestius eterna nobis trinitas reueletur: baptizatur filius mundane? spūs sanctificat sacramentum: pater aperit veritatē. ¶Superest iam ut tertia deuotionis huius caritati vestre causa clarescat. ¶Modicum nichilominus ut perhibetur a patribus dominus ihesus in chana galilee de aquis fecit vinū. ¶Nichil a nobis est fratres in huiusmodi mirabilibus de creatore cunctandum. Qui enim in exordio mundi dedit esse aquas: in fine quoq; mundi quod voluit fecit ex aquis. ¶Maioris nempe maiestatis est creare que non erant: quā creata mutare. Et quid mirum si ad preceptū domini sui aqua transiuit in vinū? cuius nutu salubrium fomento imbrium et ipa vinigeniti vua nu-

tritur? Quid mirum si dominus omniū propter ho-
minem aquas vertit in vinum? qui vt homini con-de-
ret & terram transformauit in carnem? Quid mirū
si eius iussu aqua meliorem profecit in saporem? cuius
operatione cum amara esset in marath bibituris
populis ligno mediante dulcata est, cuius imperio
etiam vt sitientibus in heremo non deesset, concita
prosiluit e petra? Et ibi quidem per moysen aq̃
procedit e saxo vbi adhuc figura spiritalis est poculi:
hic vero per christum efficitur vinum, vbi iam veri
est bibentiū salus. Quid igitur fratres hoc letius
die? Quid hac solēpnitate sacratius? in qua partū
virginis qui latebat in cunis stella fulgentior gētibꝫ
chorusauit. In qua vnigenitum dei in sanctificatio-
nem sui iordanis vnda suscepit? hō spm sanctum vi-
dit: patrem mundus audiuit. In qua etiam sobrio
illo vini mirabilis poculo, potiꝰ ebrium mortale ge-
nus visitasse se christus ostendit. Et ideo charissimi
in spiritalibus donis lubrice carnis voluptate depo-
sita spiritaliter gaudeamus: vt tenebras cordis nri
lumen stelle celestis irradiat? benedictio paterne vocis
illustret: et salutare nos vinū christo propinante le-
tificet. Sermo scdꝰ bti Maximi in octa octaua epiphanie.

Licet fratres dilectissimi de solēpnitate diei huius
veterum sit diuersa traditio: vna tamen sancte
deuotionis est fides. Et quamꝰ nonnulli hodie
dominum nostrum iesum christum stella ducente
venientibus ab oriente magis: estiment adoratum, a-
lij autem asserant eum aquas in vina mutasse, qui
dam vero baptizatum illum ab iohanne confirment?
in omnibus dei filius creditur: in omnibꝫ est nostra
festiuitas. Nam quod magis vtiꝰ gentilibus: et ado-
rare dominum et munera offerre conceditur: gentium
est prefigurata vocatio. Quod aque transformantur
in vinum: religionis nostre designatur archanum. Et
vero fluentis iordanis baptisatur iohannis: aque nrō
baptismati consecrantur. Oportet itaqꝫ charissimi vt
aliqua nunc de ipso baptismate sanctitati vestre prout
dominus donauerit proferamus: vt simul et humilita-
tem saluatoris nostri, et mysteriorum gloriam cognos-
catis. Predicabat in deserto iohannes baptismum pnie
populo peccatori? nō quo crimina cōmissa deleret: sed
quo emendaret errantes. Nam remissio peccatoriū, ch̄ri
gratie seruabatur. Confluebat ergo ad iordanem deside-
rio lauacri diuersoriū copiosissima multitudo? quorum

essent tam sceleratis actus, vita tam perdita: ut eos ve
nerabilis baptista vipereo semini compararet. Inter
huiusmodi homines ille virtutem celestium dominus
ille qui respicit terram et facit eam tremere christy
ihesus: non dedignatur humilis et quietus adser
uuli sui baptismu properare. Sed quid mirum
de mansuetudine saluatoris, si se prophete sui ma
nibus inclinauit? qui se ab inimicis suis passus est
crucifigi? Quo properante ad fluuiu: talem io
hannes circumstantibus turbis erupit in uocem. Ec
ce agnus dei: ecce qui tollit pcta mundi. Hoc est di
cere. Cessate iam cessate a baptismo meo quo penite
tia suscipitur: ecce baptista per q̃ crimina dimittunt.
Desinite ulterius a conseruo vestro baptisari velle:
presens est dominus omniu nostrum qui baptisat ad
vitam. Illum sequimini, illi credite: ab illo lauacrum
salutis tota mente supplices postulate: a quo et ego
ipse baptista vester cupio baptisari. Non renuit qui
dem ihesus testimoniu vocis humane: sed qui per ordine
vellet uniuersa cõplere, nichilominus baptisari se ex
petit ab ioanne. Tum baptista deitatis baptisan
di sui potentia tremefactus ait: Ego a te debeo bap
tisari: et tu venis ad me? Idest q̃m ego creatus sum
tu creator: ego seruus tu dominus: ego figura tu ve
ritas. At ihesus ait. Sine modo. Sic enim decet nos
adimplere oẽm iustitiã: quid nunc ista cõmemoras?
Propositum suscepte humilitatis implendum est.
Tunc ille qui presumere formidabat: velociter pa
ruit precipientis imperio. Baptisatur ergo ihesus.
Non sibi sed nobis baptisatur: non ut purificetur ipse:
sed ut aquas ipse sanctificet. Baptisatur nouus homo:
ut noui baptismatis constituat sacramentu. Aperti sunt
inquit ei celi: estimo ut in celestibus esset miraculu
de hijs que gerebantur in terris: sicut ait scriptura. In
quem concupiscunt angeli spectare. Quomodo enim
poterant non mirari virtutes celorum et dominatio
nes cherubin et seraphin cum viderent dominu sabaoth
in fluuio a iohanne baptisari? Ut autem iohannis
attestatio etiam celesti testimonio confirmetur:
vidit spiritum sanctum corporali specie quasi colu
bam descendentẽ et manentem super ihesum. Audit
et patrem dicentem. Hic est filius meus dilectus:
in quo mihi bene complacui. Aduertite dilectis
simi fratres quanta nobis in baptismate dñi
nostri ihesu christi patefacta sit gratia: quam

subtili sacramento se trinitas hodie homini reuelauit. Pater enim auditur in voce, filius manifestat in homine: spiritus sanctus dinoscitur in columba. Quam mirificato autem misterio dñs noster ihesus christus vel tactu corporis sui, vel transitu glorie sue omnem ad momentum creaturam sanctificat: viuificat et illustrat. Aquas enim consecrat dum baptizatur: terram sanctificat dum sepelitur, mortuos suscitat dum resurgit: celestia glorificat dum ascendit ad celū et sedet ad dexteram patris Sermo

Redemptionis nostre d'tertio/Maximi de octa epiphanie

auctor eternus, omnipotens dñs unigenitus dei filius, inseparabilis semper permanens apud patrem, ita pro nobis perfectum suscipere dignatus est hominem, ita quod deus erat exinaniuit in semetipso: ut per omnia legalium sanctionum sacramenta transiret, Nam ut primum beate matris sancto processit ex utero, circumcisionis signaculo dedicatur, siue ut indubitatam tarnis sue ostenderet veritatem: siue ne eum velut alienigenam aliena circumcisionis plebs iudaica declinaret. Deinde quia tradite per moysen legis preterire precepta nō poterant: offertur pro eo purgationis holocaustum. Et pro illo fratres holocaustum purgationis offertur: qui oīm hominū sordes purgaturus aduenit. Sed cum iohannes premissus ante faciem eius concurrentes ad se populos, et predicatione corrigeret et penitētie baptismo cōsecraret: ipse inter promiscuas vilesq; turbas velut unus e populo properauit, et tanti sese benignissimus dignatione subiecit: ut illud sacratissimum caput tremendū potestatibq; angelis venerandum, ad suscipiendum baptismū serui sui manibus inclinaret. Quem videns iohannes venientem ad baptismum suum, ac dominice in eo glorie insignia recognoscens: dixit ei. Ego a te debeo baptizari, hoc est terrenus a celesti, mortalis ab eterno, fragilis a potente: et tu venis ad me, ad precursorem iudex, ad creaturam creator, rex ad ministrum, et humiliasti te michi exiguo, tuā non sim dignus calciamenta portare? Tu inter peccatores ad baptismum venis, in tuus ore dolus inuentus non est, et per quem totius mundi peccata tolluntur: ac tantum te, tuis subiectis creaturis, ut poteris obliuisci quod deus es. Ego qdē hominem video, sed meum dominū recognosco, hu

manum in te corpus aspicio, sed celeste intelligo sacramentum: neq; me specie hec carnis assumpte a fide veritatis abduxit. Tu es domine, tu es ipse: qui me ad ista misisti. Quo autem nunc ego te astantem presentemq; ignorare possum? quem dudum adhuc in utero virginali, et intra materna viscera constitutum nerdū ipse natus agnoui. Cui ihesus ait. Sine modo. Sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam. Sine modo inquit dominus. Nec est vera sunt quidem nec rēnuo ista que memoras? sed misterium veni seruitutis implere: vt eos quos peccatū subdidit seruituti, ad meam reuocem libertatem. Nec mireris iohānes: si tuis me manibus inclino. Qui enim contentus sum nasci, contentus circumcidi, pannis etiam contentus involui? quomodo non iordanem hunc contentus libenter ingrediar? Nolī putare iniuriosum michi indignumq; videri hoc baptisma. Alie mea nent iniurie: alie sunt contumelie, quas pro humana perpeti salute disposui. Post hec beatus iohannes suscepit deuotus: quem timido phibebat. Nec ignorabat prophetarum ille precipuus a se dominū baptisandum: sed ministerium suum noluit sine confessione complere. Itaq; et fides confessa est dominum: et obedientia implenit obsequium. Baptisato igitur domino et spiritus sanctus affuit: et vox de celo paterne maiestatis audita est dicentis. Tu es filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. Quod factum fratres nostre profitere fidei manifestum est: vt presentia spiritus sancti et auctoritas paterne voris apud omne hominum genus, et testimonium iohannis et veritas filij, et sacramentum baptismi firmaretur: per quod magnificamus et glorificamus deū patrem oīpotētē per dominum nostrum ihesum ihristum qui viuit et regnat in secula seculorum apud patrē Amē.

Sermo quintus beati Leonis pape de epiphania dōmi

IUstum et rationabile dilectissimi vere pietatis obsequium est in diebus quibus diuine mīe opera protestantur toto corde gaudere, et honorifice ea que ad salutem nostrā gesta sunt celebrare. Vocante nos ad hanc deuotionem ipsa recurrentium temporum lege: q nobis post illum diem in quo vnigenitus patri filius dei, natus ex virgine est, breui intervallo ephiphanie intulit festum ex apparitione

domini consecratum. In quo fidei nostre magnum p̄
sidium prouidentia diuina constituit: vt dum solēni
veneratione colitur, adorata in exordijs suis saluatoris
infantia: per ipsa originalia documenta probaretur
veri in ipso hominis orta natura. Hoc est enim quod
iustificat impios, hoc est quod ex peccatoribus facit
sanctos: si in uno eōdēq̄ domino ihesu christo et vera
deitas, et vera credatur humanitas: deitas qua ante
omnia secula in forma dei equalis est patri: huma
nitas qua nouissimis diebus in forma serui unitus
est homini. Ad roborandam ergo hanc fidē que cōtra
omnes premuniebatur errores, ex magna factum est
diuini pietate consilij: vt gens in longinqua orien
talis plage regione consistens, signum nati pueri q̄
in israhel esset regnaturus attiperet. Stella etenim
claritas apud magos stelle illustrioris apparuit: et
intuentium animos ita āmiratione sui splendoris i
pleuit: vt nequaq̄ sibi crederent negligendum, quod
tanto nuntiabatur indicio. Precerat autem sicut res
docuit huic miraculo gratia dei: et cum christi na
tiuitatem nec ipsa adhuc bethleem tota didicisset, iā
illā credituris gentibꝰ inserebat: et quod nodum po
terat humano eloquio disseri, celo faciebat euāgeli
5 ante cognosci. Quātis autem diuine dignationis
esset hoc munus vt cognoscibilis gentibus fieret sal
uatoris natiuitas: ad intelligendum tamen mira
culi signum potuerunt magi etiam de antiquis ba
laam pnuntiatiōibus cōmoueri: scientes olim esse
predictum, et celebri memoria diffamatum. Orie
tur stella ex iacob: et exurget homo ex israhel, et domi
nabitur gentium. Tres itaq̄ viri fulgore insoliti sy
deris diuinitus excitati preuium micantis luminis
cursum sequuntur: existimantes se significatum pu
erum ihesu in ciuitate regia reperturos. Sed
cum eos hec opinio fefellisset, per iudeorū scribas
atq̄ doctores, quod sacra de ortu christi prenūciaue
rat scriptura didicerunt: vt gemino confirmati tes
timonio, ardentiores fide expeterent: quem et stelle
claritas, et prophetie manifestabat auctoritas. Pro
lato autem diuino oraculo per responsa pontificum
et declarata spiritus voce qua dicit, et tu bethleem
iude non es minima inter principes iuda ex te enim
exiet dux qui regat populum meum israhel: quam
facile et quam consequenis fuit, vt hebreorū proceres
crederent quod docebant. Sed apparet illos carnaliter

cum herode ſapuiſſe et regnum chriſti cõmune cum hu-
ius mundi poteſtatibus eſtimaſſe. vt et iſti tẽporalẽ
ſperarent durem: et terrenum metueret ille conſortẽ.
Superfluo herodes timore turbaris: et frustra ĩ ſuſ-
pectum tibi puerum ſeuire moliris. Non capit chm
regio tua: ner mundi dominus poteſtatis tue eſt cõ-
tentus angustijs. Quem nũ iudea regnare non vis
vbiq; regnat: et felicior ipſe regnares, ſi eius ĩperio
ſubderetis. Cur ſincero officio non facis. quod ſub
dola fallacitate promittis? Perge cum magis: et ve-
rum regem ſupplicĩter adorando veneraꝛe. Sed tu iu-
daice ſequatior ceritatis, non imitaris gentiũ fidem
corpꝰ peruerſum ad crudeles conuertis inſidias: ner
illum occiſure quem metuis, ner illis nocture quos
perimis. Deducti igitur dilectiſſimi in bethleem ma-
gi ſtelle precedentis obſequio: gauiſi ſunt gaudio mag
no valde ſicut euangeliſta narrauit. Et intrantes
domum inuenerunt puerum cum maria matre eiꝰ:
procidentes adorauerunt eum. Et apertis thezauris
ſuis: optulerunt ei munera aurum thus et mirrã.
Et her quidem quantum ad illuminationem fidei
pertinebat, potuerunt illis credita et intellecta ſuffi
cere: ut corporali intuitu non inquirerent, quod ple
niſſimo mentis viſu inſpexerant. Sed diligentia
ſagacis officij uſq; ad videndũ puerum perſeueraꝛ
futuri temporis populis et noſtri temporis hoibus
ſeruiebat. vt ſicut omnibus nobis profuit: quod poſt
reſurrectionem domini veſtigia vulnerũ in carne
eius thome manus explorauit: ita ad noſtram uti
litatem proficeret quod infantiam ipſius magoꝝ
probauit aſpectus. Viderunt itaq; magi et adorauerꝝ
puerum de tribu iuda de ſemine dauid ſecundũ carne.
factum ex muliere factum ſub lege: quam non ſoluere
venerat ſed adimplere. Viderunt et adorauerunt pue
rum quantitate paruum alicne opis indigum, fan
di impotem, et in nullo ab humane infantie qualita
te diſſimilem: quia ſicut fidelia erant teſtimonia q̃
in eo maieſtatem inuiſibilis diuinitatis aſſererent.
ita probatiſſimum eſſe debebat verbũ carnem factũ,
et ſempiternam illam eſſentiam filij dei, veram ho
minis ſuſcepiſſe naturam: ne vel ineffabiliũ operũ
ſerutura miracula, vel expiendarum ſupplicia paſ
ſionum, ſacramentum fidei ex rerum diuerſitate
turbarent. cum iuſtificari non poſſint omnino, qui

non dominum ihesum et verum deum et verum ho
minem crediderint: qui cum deo patre et spiritu sanc
to viuit et regnat in secula seculorum. Amen. Sermo
Festiuitati

Odiernam festiuitatē ¶ bñ leōis ppe de epiphania dñi
dilectissimi apparitio domini et saluatoris nr̄i
sicut nostis illustrat: et hic ille est dies quo ad cog
noscendū adorandūq; dei filium tres magos preuia
stella perduxit. Cuius facti memoriam merito placuit
honore annuo celebrari: ut dum euangelica historia re
censetur: semper se intelligentiū sensibus inferat salu
tiferū misteriū per insigne miraculum. Precesserant
quidem multa documenta, que corpoream natiuitatē
domini manifestis indicijs declararent: siue cū beata
virgo maria, secundū dam se spū sancto pariturāq; dei
filium audiuit et credidit: siue cum per salutationem
ipsius in utero elizabeth nondū natus iohannes ppheti
ca exultatiōe cōmotus est: quasi etiam intra matris
viscera clamaret. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pcta mū
di: vel cū ortū domini angelo annūciante pastores celes
tis exercitus sunt claritate circundati, ut non ambigeret
de potestate pueri, quem erant in presepe visuri: nec pu
tarent quod in sola natura hominis esset editus, cui si
perne militie famularetur obsequijs. Nec et alia huiusmo
di pauris tunc videntur innotuisse personis: que vel ad
cognationem marie virginis, vel ad sancti ioseph fami
liam pertinebant. Hoc autem signum quod magos i
longinquo positos et efficaciter mouit, et ad dominū
ihesum perseueranter attraxit: illius sine dubio gre
sacramentum, et illius fuit vocationis exordium, q̄
non in iudea tantum sed etiam in toto mundo christi
erat euangelium predicandum: ut per illam stellā
que magorum visui splenduit, israhelitarū vero ocu
lis non refulsit: et illuminatio significata sit gentiū
et cecitas iudeorum. Permanet ergo dilectissimi sicut
euidenter apparet misticorū forma gestorum: et quod
imagine inchoabatur, veritate completur. Radiat e
celo stella per gratiam: et tres magi chorusatione e
uangelici fulgoris actiti, in omnibus quotidie natio
nibus ad adorandam potentiam summi regis accur
runt. Herodes quoq; in diabolo fremit: et auferri sibi
iniquitatis sue regnum, in his qui ad christum trāseūt
ingemuisit. Unde si paruulos interficiat: ihesum
sibi videtur occidere. Quod utiq; sine cessatione moli
tur: dum primordijs renatorum spūm sanctum eripe
re, et quādā tenere fidei infantiam temptat extīguere.

Judei vero qui extra regnum christi esse voluerunt, adhuc quodāmodo sub herodib⁹ sunt principatu. dominātē sibi saluatorib⁹ inimico, alienigene seruiunt plāti: quasi nescientes prophetārū dicēte iacob. Non deficiet princeps ex iuda, et dux de femoribus eius, donec veniat cui reposita sunt: et ipse erit expectatio gentium. Sed nondum intelligunt quod negare non possunt: et mente non capiunt quod scripturārū narratione norunt. qm insanis magistris veritas scandalum est: et cecis doctoribus fit caligo quod lumen est. Respondēt itaq; interrogati quod in bethleem nascitur christus: et scientiam suam qua alios instruunt non sequūt. Perdidcrunt successionem regum, placationem hostiarum, locū supplicationum, ordinem sacerdotū. et cū omnia sibi clausa, oia experiantur esse finita: nō vident ea in christum esse translata. Unde quod illi tres viri vniuersarū gentium personātes adorato dño sūt adepti: hoc in populis suis per fidem que iustificat ī pios totus mundus assequitur. et hereditatem dei ātē secula preparatam accipiunt adoptiui: et perdunt qui videbantur esse legittimi. Resipisce tandē iudee resipisce et ad redemptorē etiam tuum deposita infidelitate conuertere. Multi sceleris tui īmanitate terreri. non iustos christus sed peccatores vocat: īpietatem tuā repellit qui pro te cum crucifixus esset orauit. Immitem crudelium patrū tuorum solue sententiam. neq; te eorum maledicto patiaris obstringi: qui clamantes de christo sanguis eius super nos et super filios nostros, facinus in te sui criminis trāstiderunt. Redite ad misericordem: vtimini clementia remittentis. Nequitia enim vestre iniquitatis conuersa est in causam salutis: viuit quem perire voluistis. Confitemini negatum, adorate venditū: vt vobis bonitas illius prosit: cui vestra malignitas nocere non potuit. Quod ergo ad veram dilectionem pertinet et caritatem quam etiam inimicis nostris ex dominica eruditione debemus, et optandū nobis est et studendum: vt et hic populus qui ab illa spirituali patrum nobilitate defecit, ramis sue arboris inseratur. Multum enim nos deo beneuolentia ista cōmendat, quia ideo delictum illorum nobis mīe locum fecit: vt eos ad emulationem salutis recipiende fides nostra reuocaret. Nam vitam piorū non solum sibi, sed etiam alijs esse vtilem decet: vt quod apud eos agi non potest verbis obtineatur exemplis. Cō siderantes itaq; dilectissimi ineffabile diuinorū munerū

largitatem: cooperatores simus gratie dei operantis in nobis.
Non enim dormientibus provenit regnum dei: nec otio desidi
aq torpentibus beatitudo eternitatis ingeritur. Sed quia
sicut ait apostolus si cōpatimur et glorificabimur illa nobis
reddenda est via currenda qua ipse dominus se esse testatus est:
qui nobis nullis operum meritis suffragantibus, et sacramē
to consuluit et exemplo, ut in adoptionem vocatos, per illud
proficeret ad salutem: per hoc iuueret ad laborem. Sic aut
labor dilectissimi pijs filijs et bonis seruis nō solū nec asper
nec onerosus, sed etiam suauis et leuis est: dicente domino.
Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis: et ego vos
reficiam. Tollite iugum meū super vos et discite a me: qa
mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem aiabus
vestris. Jugum enim meum suaue est: et onus meū leue.
Nichil enim dilectissimi arduum est humilibus, nihil aspe
rum mitibus, et facile oīa precepta venit in effectum: qui
et grā pretendit auxilium, et obsā mollit iperiū. Intonant
enim quotidie auribus nostris eloquia dei: et omnis homo qd
diuine placeat iustitie scire communitur. Sed quia iuditiū
illud quo unusquisq recipiet prout gessit siue bonum siue
malum iudicaturi pātientia et bonitate differtur ipuni
tātem sibi iniquitatis infidelium corda promittunt, et
putant ō hūanorū actuum qualitates ad diuine puiden
tie non pertinere censuram, quasi non euidentissimis
plerūq supplicijs male gesta plectantur, aut non sepe
se celestium cōminationū tenor ostendat: quibus vtiq
et fides monetur, et infidelitas increpatur. Inter hec
autem permanet super oēs benignitas dei, et nulli mi
sericordiā suā denegat, cū indiscrete vniuersis bona
multa largitur: eosq quos merito subderet penis, ma
gis vult inuitare beneficijs. Dilatio em vindicte dat
locū pnie christus dominus noster: qui cum deo patre
et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorū. Amē.

Sermo beati Joannis epi[sco]pi legēdg in lxx^ quo ꝑmg hō pclatg
oī creatme

Dignitas humane originis facile cog
noscitur: consideratis sublimitate auctoris.
Nec enim facile poterat esse ue leue quod manu
sacra confinxit, et celesti flatus in vitalem substātiā
animauit: maxime cum idem artifex deus potestatē
suam in oēm fabricam eidem homini fuerat traditurus,
vt quem secundum presidem post se facere disponebat:
eidem faceret plenum atq perfectum habentem in
se et dignitatem qua pcelleret, et potestatem qua cū
ctis animantibus imperaret: soli seruiens illi a quo ei
cuncta fuerant subiugata, vt imperaret mūdo seruiu

ret deo, creatorem suspiceret, creaturam sibi parere compelleret: tantūq; ditionis sese domino debere perspiceret, quantū ipse a creatura exigeret. Habens in propria potestate et obiam et contemptum: obedientiam qua viueret, cōtemptum quo digne pro meritis interiret. Unde effectum est: vt contēpnendo mortem incideret, qui obediendo viuere potuisset. Unde potestatem cōcessā dum in contēptum protulit. et priuilegium perdidit: et mortis sibi sententiā acquisiuit. Et tamē creatura adhuc eius seruat imperium: licet ipsi creatori suū denegaret obsequiū. Unde apparet quod sue felicitati detraxerit: cum peccatorum merita, eius statū adhuc mutare non possint. Grauaris homo, in isto grauaris: et inexcusabili pena astringeris. Contēpnis creatorē: et ciuē imperatē creature. Despicis dominū: et de eo exigis creaturā seruitium. Beneficijs dei perfruēris: et eius potentiam non extimescis. Et rū tibi per eū cuncta deseruiant: solus illi ipse non seruis. Dis deliquis et geminū ac duplex crimen incurris. dū nec cōditione vt seruus obsequeris: nec pro potestate data domino famularis. Tibi celum in die luris splendore vestitur, et solis fulgoribus decoratur: in norte clarissimo lune speculo ac astrorum fulgore vario polus ipse lustratur. vt dici nortisq; vicissitudine et numerositas temporum dinoscatur: et post diurnū labore requies miseris mortalibus prebeatur. Tempora accepta alternis vicibus immutantur. fronde scūt silue, amenantur campi, prata virescunt, animantia cuncta diuersis vsibus procreata edunt fetu, parent imperio, obsequia seruant: scatent fontes, agnes fluunt, institutis terminis maria coercentur. Gaudet post hyemē verna temperies, estatis flagrātia decoquit messes. autūpnitas temulenta suas exhibet ubertates: hyeme maricantiū ymbribus terre. Quibus institutis cuncta deseruiunt; solus homo deo non seruit. Quid si tibi vniuersa natura constanter ediceret, ego tibi a domino rerum parere precepta sum, ego circa te iussa implere instituta seruare, nascentia cuncta tribuere genitoris imperio iussa sum: deniq; pareo obtēpero, seruio et te mutato non mutor. pareo inquam rebelli, obtempero precanti, deseruio contemptori? Ceterū si michi instituta mutare, iussa peruertere, necessaria denegare rerū dominus precepisset: creatura cuncta vidueta homine. nec qui contēneret vlterius esset: quia contemptor homo digne ac merito īteriret. Deniq;

quisq; talis eb, qui in hoc contemptu consistis, qui creature imperas, et creatori non seruis, qui dñatum exercb et dominum non agnoscis? tunc dñi patiẽtẽ, ne seuerũ sentiab iudicẽm: corrigat te dilatio sufferentis: ne censura puniat iudicãtis. Facile enim obsequio tuo facies deum propitium: si conuersus iam mutaueris vitium. Usuratum enim redditur quicquid dilatione temporis feneratur? nec esse iam poterit impunitum: cui mora temporis non potuit dare remedium. Quid retribuam domino? Si humana conditio genitori quid debeat nosat? atq; eius beneficiorum innumeram multitudinẽ momentis omnibꝰ retractando intelligat: mueniet sue ser virtutis obsequa seruitutis continuis laudibꝰ, iugi gratulatione equari non posse. Necq; beneficia ab eo prestita atq; collata: vel modum potuerunt habere vel numerum certe nec terminum? quippe cum nec sensus ad muestigãdum sufficiat: nec scientia suppetat ad laudandu. Immensitas enim beneficiorum superat cogitationes sensuum: et innumera multitudo donorum, vincit volubilitatem verborum. Nec si totum vite tempus obsequia occupent, laudes teneãt, grãrũ actionibus insistant: poteris pensare quod debes. Quare danda nobis est opera vt totis viribus deuotio mẽtis in diuina obsequia exeratur: et laudum gloriab⁹ nostrum per oẽ temp⁹ frequentare cogatur? nõ vt eo quo in istis debita compensentur, sed vt nre deuotionis voluntas hꝰ conatibꝰ dinoscatur: vt quicquid fragilitas detrahit ad complendum, hor deuotio cõferat ad promerendũ? vt iam quia vis, non quia peracta debita compensas, sed quia parere desideras. Velle enim ipsũ expungitur: qa per immensitatem rerum, idipsum quod cupimꝰ explicare non datur. Quid retribuam inquit dño: de omnibus que michi retribuit. Quesierit propheta sanctissimꝰ quibus meritis bñficia diuina compensset? quo famulatus genere, munera percepta coequet, quibꝰ obsequijs tantis possit muneribꝰ respondere: quo seruitutis gne innumera debeat dona et infinita bñficiorum gna cõparare. Sit licet exercliens hominum meritum, sit nature iura conseruans, sit legum iussit obtemperans, impleat fidem, iustitiam teneat, virtutes exerceat, damnet vitia, pcta repellat, exemplum semetipsũ imitantibus prebeat: si quid gesserit parũ est: qcqd fecerit

minus. Omne enim meritum breue est cōparatione donorum. Numera beneficia si poteris: et tunc considera quid mereris. Cū beneficijs celestibus tua facta perpende, cum diuinis muneribus actus proprios meditare: nec digne te iudicabis eo quod fueris, si intelligis quod mereris. Igitur de beneficijs innumeris diuina in te pietate collatis, elige quod libuerit vnum, huic tuum compensari totū non potevit meritum. Ceterū obtunditur sensus, confunditur animus, spūs perturbatur, ne ab hoste dinoscatur: nec humana poterunt obsequia, si diuina cōparet bñficia. Et tñ de illo loquimur qui semet peccare non patitur, qui iuditium sue mentis examinans contendit vt placeat: vt promereatur instat vt seruiat elaborat. Ceterum quem aut peccare delectat, aut proprie mentis segnitia, aut inconsiderati actus, aut vanitas vite sic mancipat vitijs, vt sit materia delictorū, minister culparum, seminariū prauorum: ita vt in se duplex scelus, et feminum crimen admittat, et quod debita domino seruitutis non reddit obsequia: et quod innumera bñficia peccando eius pensare nititur contumelia. Quare nitatur iustus meliorare vitam propriā beneficijs celestibus cooperare: nitatur et potēr vitia que exercebat horrere. Ille augmentis sancte vite intescat: hic peccata damnando, iustitiam cū non amabat exerceat. Iustus meliorata vita proficiat: peccator corrigat vt viuat. Ille premia meritis sancti expectet: hic supplicia semet corrigendo declinet. Sic fit vt et iustus gloriam bene viuendo acquirat: et peccator correctus indulgentiam diuina pietate percipiat. Ille bonis tribuat salutare exemplum: hic malis ostendat correctionis remedium: Sermo bti Joānis episcopi legendus In sxa de lapsu primi hominis.

Dictum est qui nesciat principio hominem sic a deo plasmatum: vt instrueretur prudentia, consilio formaretur, rationis capax diuina prouidentia redderetur. Instrueretur inquam prudentia, q hostis calliditatem vitaret: consilio, quo salutaria ac recta perquireret: ratione, qua deo genitori parendum esse cognosceret. Etenim dominus deus videns hominē innocentem quem fecerat, instruxit monuit, et armauit: quippe qui cū diabolo fuerat pugnaturus, velut quibusdam armis hoc est prudentia consilio ratione fuerat instruendus. Addidit preterea legem qua dei voluntatem cognosceret: et quid contēpnenti euenire posset addisceret. Cui quidem homo incautus dū diabo

lo persuadenti, ꝙ domino iubenti consensit. Sic et vitā
quam habuit perdidit: et mortem quam ignorabat
accepit. Stabat adam inter vxorem et diabolū. inter
cuam et hostem: inter mulierem et serpentem. Diabo
lus persuadet vt noceat: cui consentit vt pereat. Dia
bolus mulierem astutia fallente circūuenit: mulier
incauta serpentis virus excepit. Diaboly quod per se
non potuit, per vxorem adam prothoplastū circūuenit:
adam pero vxorem inuenit interitum: quā a deo acce
perat auxilium. Proch dolor prospera in contrarium ce
dunt: vtilia perniciem operantur. Deniq; plus adam
domesticis quam inimici iaculis leditur. plus proprio
quam hostili ense perimitur: plus mulieris ꝙ externo
gladio vulneratur. Accessit enim serpens subtilis vt
falleret: et accessit non vt viro sed vt mulieri serpeti
num virus infligeret. Accessit inquam: vt vnius cō
sensu, vtriq; nocere potuisset. Soli persuadet, quod am
bobus obesset, quod vnius animum malitia serpentis
infecit. Deniq; consentiens mulier talis circa virum
extitit: qualem circa se malitiam serpentis inuenit.
Adeo persuasa est et persuasit. infecta est et infecit: decep
ta est et decepit. Que quidem mulier feritur sua dupli
ci. altera propria qua filios parere in dolore preceptа est:
cōmuni qua cum viro morti addicta est. Altera qua ser
penti assensit: altera marito persuasit. De consensu
enim mortis suam incidit: de persuasu in dolore pare
re meruit filios. Quare igitur suum et que non nouit
dū patitur discit. et que nescit dum expungitur sentit:
et que ignorat dū expetitur agnoscit. Proch nefas. precep
tū dei contēpnitur: et persuasio serpentis auditur. Des
picitur deus prouidens: et serpens auditur decipiens.
Spernuntur salutaria monita: et recipiunt venenata
colloquia. Vnde addicitur homo ex contēptu morti: et
maluit obedire serpenti. Spoliantur gloria, dignitate
priuantur: facti sunt quod non erant, dū amittunt ꝙd
fuerant. adeo gaudet serpens perpetrasse quod voluit:
letatur peremisse hominem quod optauit. Exultat ma
litie effectus in hominis deceptionem implesse. et nescit
infelix vulneratum semet dum vulnerat, trucidatum
dum trucidat: dū hominem perimit seipsum esse per
emptum. Contristatur et deus hominem plus sua
mortis meruisse quam vitā. plus meruisse interitū ꝙ
salutē: plus gloriam cōtēpsisse quā mortē. Sed tamen
plus malitia serpentis, quam hominis contemptu cō
motus est: plus fallaciā diaboli, ꝙ hois pfidiā denotauit.

Adeo dominus deus et seuitiam exercratus est hostis: et ei⁹
sius miseratus est hominis. Crudelitatem hostis
exhorruit: et deceptum hominem paterna pietate con
doluit. Inimici atrocitate permotus est: et hominem
clementer doluit qui deceptus est. Denig dominus
deus ubi es inquit adam? Ad confessionem prouocat
dum interrogat: vult cum fateri peccatū: dum ab eo re
quirit admissum. Querit misereri: dū cum reo de cul
pa colloquitur. Veniā cogitat: qui causam cōtempte le
gis increpat. Obiurgat culpā vt possit tribuere veniam:
vt quos formare instruendo nō potuit, eos possit instruē
do cōfitendo purgare. Accipiunt indumenta pellicia: vt
qui confessi delictum iam fuerant, veniam cultus humi
litate perciperent. Ondit dominus quibus officijs possint
delicta purgari: ostendit confessioe. et deformitate cultus
veniam posse facillime impetrare. Ut enim contumacia
e clare quod deo teste cōmiseris: sic periculosum si splen
dore cultu animi innocentiam mentiaris. Flemo itaq; ne
mo peccatorum vitia desperata letitia conregat: nemo
infecto delictis animo dissimulationis virus infundat.
Animi vitia corporis merore monstrentur. Si vero ita est a
nimo lugeat corpus: qm quotiens corpus in causa est, ani⁹
mestitia condolescit. Certe quale est corporis vitia sine
animi cōpassione esse non posse? animi vitia corporis
compassione priuari? Pariter contristentur vt pariter
veniam cōsequantur: qm vtroq; simul aut benefitio
foueri, aut iniuria vexari necesse est. Nec enim aliud
est homo: q̄ corporis animiq; concretio. Nec enim duo
quantū diffinitionib⁹ differunt: tantū homine dū iun
guntur efficiunt. Ut enim in vita separari nō possūt:
ita boni maliq; nunq; merito separantur. Ut enī non
potest a corporis bonis anim⁹ separari: ita ab aī malis
corpus non pt dissociari. Si enim in dei iuditio vtroq;
substantie, aut supplicio aut premio expurgantur: cur
non et in isto seculo pariter aut mestitia aut letitia per
fruuntur? Unde tibi christiane excusatio nulla est:
qui post seruitutem liberatus es, post captiuitatem
redēptus, post vexationē curatus, post interitū restitu
tus. Habes in monitis quod exercreas: habes exempla
que timeas. Adam enim nec fallatiam diaboli nouc
rat, nec decepti cuiusq; casum defleuerat? qui
quidē forsitan posset euadere: nisi prior cū hoste cum
confligeret ocrūberet. Te iam instruit dominus: tibi
gestorum exempla proposuit. Ecce inquit sanctus
es: iā noli peccare ne quid deterius tibi fiat. Noli inquit

pectare post veniam. noli vulnerari post curam: noli
sordidari post gratiam. Cogita inē grauiorem o homo
culpam esse post veniam. renouatum vulnꝰ peius do
lere post curam: molestius hominem sordidari post gra
tiam. Quare indulgentie ingratus qui post veniam
peccat. sanitatis indignus est, qui semet postē curatꝰ
est vulnerat: nec mundari meretur qui seipsum post
gratiam sordidat. Porro qui post absolutionē non pec
cat meretur et premium. qui post curam castus est, sa
nitatis meretur possidet donum: qui, gratia illesam te
nuerit: eternitatis arripiet regnū. Grauc est enim ho
minē instructum deliquere: grauius iam absolutum
peccare. Seruo peior est, qui patronū post datam liberta
tem offendit: beneficijs ingratꝰ est, qui datorem tumoris
arrogantia despicit. Quare aut salutē de exemplo ac
quire, aut de consortio similem sententiam metue: ne
seuerum sentias iudicem, qui benignum contēpseras
persuasorem: Sermo bti Joannis epi legendꝰ in quinquagesima

Fides est sanctissime religionis fundamētū. caritatis vinculum: amoris sub
sidium. Per quā sanctitatem firmat. castitatem ro
borat: dignitates exornat. In pueris splendet. in iuue
nibꝰ floret: in prouectis apparet. Gubernat seruꝰ. gra
dus prouehit: officia cuncta custodit. In paupere gra
ta est. in mediocri leta: in locupletc honesta. Fides amici
tias seruat: collegia copulat: artes cōmendat. Nullū
despicit. nullum cōtēpnit: nulli deest nisi qui ei forte de
fuerit. Fides mandata tenet. precepta seruat: promissa
cōsummat. Fides familiares efficit deo: amicos consti
tuit christo. Nec enim quisq̄ fidei promissa perspicit,
nisi professionem actibus seruet. aut premiorū pot
cōpos existere, qui promissam fidem noluerit conserua
re: vt iam aut impleta fidei merces homini retrōpen
setur, aut violate pena cōpetens tribuatur. Cuius
fidei abrahām ducem exordium: qui cū in orbida cō
stitutus etate, filiū a deo promissum se crederet accep
turum. et fidei pretium in filio conspexit: in stella
rum numerū suam sobolem redundantem fide eadē
comparauit. Denicꝫ vnꝰ abrahe filius adoptatur: et
immensa ei multitudo promittitur. Solatiū vnius he
redis cōquiritur: et innumerabiles soboles destinātur.
Nescis inquit dominus nescis abrahām, quid destina
tū sit tibi. Sed idcirco nescis: quia quid mereatris non
respicis. Tantū enim de me tua meruit fides, tm tua
obsequia valuerunt. vt et quid desideres norim: et facere

quod mereris decreuerim. Nam tibi nascetur filius, cuius se
men diffundetur in milia. ut dissimilitudini syderū coequet:
et arene īmensitatibus cōparetur. Credo inquit abraham
domine. credo quia potes: facturū te confido quod spondes.
Nec enim confectam senectutem marcentis mee etatis con
sidero, aut sare coniugis sterilem effectaq; conditionē attēdo.
sed tue maiestatis potentiam tracto: nec cui talia promit
tantur agnosco, sed a quo promittantur. Generare enim fi
lios senilis etas non patitur: sed tua dñe iussione complet.
Steriles filios habere non possunt. sed hoc posse tue virtutes
efficiunt. Natura quidē negat: sed potentia imperat. Etas
prohibet: sed tua potestas ostendit. Impossibile quidem istud
videtur nobis non tibi: homini non tue diuine maiestati.
nature non deo: seruis non domino. Vnde credo pater credo
dñe istud te facturū esse quod dicis: quia hijs virtutibus
cunctis gentibus innotescis. Cunta sara concepit in ute
ro: et peperit filiū, patrem multarū gentiū destinatū. Nas
citur ysaac ornamentū generis, parentū gloria, propinq
rū letitia. familie decus, hereditatis spes, fidei pretium:
promisse sobolis testimoniū. In cuius natiuitate et domini
promissum reddidit: et abraham votum quod optauit ac
cepit. Gaudent omnes: cuncti letantur. Fit enim ysaac
dulcis cū nascitur: dulcior cum nutritur. Nec enim pote
rat esse non dulcis: quē et patris fides condiderat, et propria
innocentia cōmendabat. Fit et sara ex sterili, mr fecunda
in filio: fecundior futura ex ipso. Credit iuuentus in senem.
marcens etas reparatur in iuuenem: et manente senectu
tis etate iuuenilia geritur in matre. Denique blanditur
nutrit lactat, et consequentia cōplet officia: que iam for
sitan obliuisceretur, si suo tempore sara parere cōcederetur.
Locutq; est dñs abrahe dicens. Accipe filium tuū quem dili
gis ysaac: et vade in vnū montium, et offer michi illum
sacrificium. Nox abraham tam celeriter decernit iussis
celestibus esse parendum: q̄ fuerat diuinitus imperatū.
Verebatur enim ne votū mora offenderet: aut iussionem
tarditas impediret. Denique properat quod iussum est p
ficere: festinat quod preceptum est adimplere. Fuit em
letus cū eū caperet: letior cū eum dñs ad īmolandum
postularet. Ostendit abraham carissimum quidē sibi
esse filiū: sed multo cariorem filio existere dominū. Nec
dulcedinē aut affectu pignoris respiciebat: qui iussionē
ut perficeret cogitabat. Totos enim affectus conuertit
in deū: cui se iam nouerat mancipatū. Denique illam fi
dem seruabat in sese, cum filium iuberetur offerri: quā
dominū promeruerat, cū eum mereretur accipere. Adest

ysaac patris quidem etati dissimilis: sed fide nr deuotione equalis. Adest inq ysaac: qui si quid pr̃ disponeret, ipse fieri libenter optaret. Sic enim filius paruit patri, vt pr̃ diuine obtemperaret iussioni, vt de consensu filij pater securus existeret: et voluntati patris sese filius manciparet. Erat em̃ in utroq mg aĩ, par sensus, et similis circa deum affectus, vt gnositatem patris in filiũ transfusam conspiceres: et innocentiam filij, patri non deesse videres, vt et paterne fidei particeps filius extitisset, et simplicitate filij, patris sublimitas vdundaret. Cum securitate abrahã fretus: sternit asinũ sibi, ad sacrificiũ ligna cõcidit: pueros secũ adduxit. Cũq ad ciuitatem venisset, estote istic inquit, ego et puer iste ibimus soli: et adorauerimus dñm reuertemur ad vos. Statim pater cũ filio proficiscitur solus. Ad quem idem filius, pr̃ inquit ligna video, cultrum et ignem conspicio: hostiam quam immolaturus es quero. Desine inquit desine istud querere fili: quod si vis ad horam dominus procurabit. Desine querere: quod sibi dominus iam prouidit. Magnũ presagiũ promittentis: magna innocentia inquirentis. Ysaac hostia, de hostia patrem interrogat: sacrificij affectus desiderat. Quis ab eo quę decrat queritur: ne ipse qui loquitur immolet. Vt vbi ad locum venti est, vterq montem ascendit, aram pater extruxit, ligna composuit: filiũ colligauit. Patere me inquit fili, patere votum perficere: patere inq iussionem domini per te adimplere. Deus enim qui te condidit expetit, qui dedit quesivit: qui te vocauit te sibi pridiũ immolari desiderat. Non est enim hor pridiũ, non est crudelitatis admissum: quia votum est. Nec tibi fili a genitore mors miseranda infertur: sed vtriq nobis salubriter prouidet. Tanto eris acceptabilis hostia: quanto libenter gloriose mortis experieris beneficia. Quod iussus es pater perfice inquit: quod disponis instanter adimple. Ego enim nec rẽuo nec recuso, quod volueris volo, quod optas expposco: quod desiderat et ipse desidero. Deniq eo voto istã mortem exripio: quo te eã mihi inferre velle cognosco? Nec et si vterq non dixit: tamen cuncta ista in actu ostendit. Mox pr̃ extensa manu gladium sumit, dexterã erigit: iugulare filiũ, sacrificium perficere, iussa domini voluit deuotus implere. Et pendenti iam atq iminente mucrone, parce inquit domine parce, fidẽ tuam quesiui, nõ filiũ vt iugulares optaui: nec amabile pignus tibi subtrahere, sed deuotionẽ tuam volui pertẽptare. Nunc cognoui quod amas dominũ magis quã filiũ: ymo magis amas filiũ, qa diligis dominum. Quia dũ non pepercisti filio propter deum:

cundē tecum constituisti domino glorioſū. Quare te benedictionib⁹ cumulem: et infinitam filiorum multitudinē ex eo tibi prouenire confirmē. Statim procuratur aries: qui pro ysaac sanctissimo mereretur occidi. Mos enī fuit erat vt ysaac qui typum christi portabat, a patre hoc in tēpore mactaretur: qui perfecta sacrificij hostia christo dño seruabatur. Procuratur inq̄ aries: qui pro ysaac meretur occidi. vt et promissum patris de hostia compleretur: et perfecto sacrificio pri ysaac incolumis redderet. Tunc vterq; ictus de monte descendit, pater quod sacrificij votum filio saluo perfecerit: filius quod iussa patris libenter optasset. Gaudet de pre filio: de filio pr̄. Gaudent propinqui: familia cuncta letatur. Gaudent inq̄ quod et opus tantum perfectū sit: et quod prem tū filio incolumes illis dominus reuocarit:

Feria quarta Trapite Jeiunij omelia legenda lectionis eius

Sicut in superioribus preceptis, ita eadem quoq; circa ieiunij obseruationem ad perfecte fidei nos meritū dominus doctrine sue mandatis instituit, vt non propter humanā gloriam sicut ypocrite faciūt, sed propter futuram spem soli deo ieiunemus: a quo expectamus humilitatis huius deuote mercedem. Verū qui ita ieiunāt vt magis hoībus q̄ deo placeāt: hūt quidem laborē de afflictiōe corporis, sed per inanē gloriam mercedē laboris apud deum habere non possunt. quia cū solūmodo id causa religionis ac fidei agere debeant, humane potius laudis gloriam quærere malunt: et ideo audit dominus, Amen dico vobis: receperūt mercedem suam. Et vnū quidē propositū videtur esse ieiunij, tam eius qui deo tantum deuota mente ieiunat, q̄ etiam illius qui ieiunāt hominib⁹ placere desiderat: sed distans gratia ieiunantiū. quia quātuis vtriq; simile propositum videatur, atq; idē ieiunij labor: nō tamen idē fructus est, nec eīdē retributio meritorum. Longe enim differt ille qui propter deū ieiunat, ab eo qui propter homines ieiunare proponit. quia huic pro mercede laboris, cōpensatio fit laudis humane: illi pro deuotione humilitatis, meritū glorie in futuro seruatur. Sit quoq; et orantiū habitus secundū propositum quidem non differre videtur: sed secundū animi fidē et mētis affectū, magna distantia meritorum est. Aliud est em vt superius dictum est, sub expectatione laudis humane orare: aliud ad hoc tantū orare, vt oratōnis sue a deo retributore expectet mercedem. Similis causa est et circa omnem obseruātiā diuine religionis. Vnde non īmerito dominus omne studium laudis atq; humane intentie volens a nobis abesse, docet nos quē admodū ipsi religioso animo ac de-

uota mente placeamus: dicendo vos autem cū ieiunatis, vngite caput vrm et faciē vestram lauate. ne appareatis hominibꝰ ieiunantes: vt si fieri potest opus religiosi ieiunij, et ipsius corporis ac anime afflictionē vultꝰ hilaritate velemus. Cuius rei exempla etiam secundū historiam in sanctis ac preterito tpe legimꝰ prefostensa. Nam sanctissima iudith cum magno merore pro populo esset afflicta, post solemnitatē triduani ieiunij, capite vncto, lota facie, ita interne afflictiōis tristitiam simulato gaudio tersit, vt letari hostibus videretur: ac sic dum per letitiā vultꝰ ieiunium texit, de hoste triumphum victorie reportauit. Similiter et hester sanctissima dum lota facie, et capite vncto, post triduanum ieiunium intelligi a rege non potuit: quā illū populi sui inimicū nequissimū interemit. Quid de danicle et tribus pueris diremus? qui in tanta abstinentia inter tot adolescentes, qui cibis regalibus pascebantur soli vultu gratiores inuenti sunt? Sed quia id secundum literam diximus: quid etiam secundū spiritalē intelligentiam sentiendū sit, debemus aduertere. In vnctione capitis mām significari cognoscimꝰ. Vnde vngere caput: proximo est mām facere. Que mā in paupere facta refertur ad dominū? qui caput viri secūdū apostolū intelligitur: ipso dño dicente. Quādiu, vni ex minimis meis fecistis: michi fecistis. In cuius mē vice diuina retributione velut quodam oleo celesti perfundimur: ab eo qui ait. Beati misericordes: qm ipsis misebit deus. Nouit hanc celestis olei in capite vnctionem etiam sanctus dauid cū dicit. Sicut vnguentū in capite: quod descendit in barbam. In facie vero lauanda: emundati corporis ac sincere cōscientie puritas significata cognoscitur. Vnde lauare faciem, hoc est ab omni sorde peccatorum, et squalore delicti, faciem cordis nri, et ipsā cōscientiā mundā preferre: vt vere letitiā celestis gaudij, et hilaritatem sancti spiritꝰ in nobis habere possimus: ac sic fit, vt dum in hac fidei deuotione deo potius q̄ hominibꝰ ieiunamus: a deo qui occultorum est cognitor, accipiamus retributionis eterne mercedem. Hoc enim ait dominus. Ne appareatis hominibꝰ ieiunantes, sed patri vestro qui est in abscondo: et pr̄ vester qui est in abscondo reddet vobis. Si ergo vis caput unctum gerere, et mundam faciem cordis habere, iuxta domini dictum, insiste fideliter operibꝰ mie, insiste deuotioni ieiunij: vt placere deo merearis. Nolite inquit thezaurizare vobis thezauros in terra, ubi erugo et tinea exterminant: et ubi fures effodiunt et furantur. Thezaurizate aut vobis thezauros in celo, ubi neq̄ erugo neq̄ tinea exterminat: et fures nō effodiunt nec furātur. Ubi em thezaurꝰ tuus erit:

ibi erit et cor tuum. Prohibet nos dominꝰ in terra thezaurisare: vbi omnia infirma sunt et caduca. Contrarium est enim fidei ac saluti, hos thezauros terrenos expetere, diuitias a seculi querere, facultates mundi sectari, quas possunt et tinee corrumpere, et erugo absumere, et fures rapere: quia quicunq; magis in terra thezaurisare voluerint q̄ in celo, thesauros illos eterne et celestis vite habere non possunt; dicente ipso domino: q̄m diuites difficile intrabunt in regnū celorū. Similiter et apostolus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tēptationem, et muscipulam diaboli. Recordemur illius diuitis qui olim gloriam suam in seculi thezauris, atq; in redditiuum suorum vbertate constituit: qui cū propter affluentiam fruguum de ampliandis horreis cogitaret, atq; ate sue deliciis opū, et securitatē longe vite promitteret, nō dicta subripiente fure, her que congregauerat perdidit: sed ipsam sub eadē nocte cui thezaurisabat amisit. Vnde non immerito dauid ipse testatus est dicens. Thezaurisat: et ignorat cui congreget ea. Cogitemus et illum adolescentē, qui cum prope omnia legis precepta implesset, quia thezauros magis terrenos habuit q̄ celestes: vite eterne thezauros optinere non potuit. Et idcirco bene dauid ait, diuitie si affluant: nolite cor apponere. Quapropter vult nos dominus thezauros nostros, non in terra vbi perire possunt, sed in celo recondere: vbi nulla aduersa dominantur, vbi fures non effodiunt et furantur, idest diabolus et angeli eius: nec tinea nec erugo exterminant, idest pcta que huic seculo dominantur. Quemadmodū autem hunc thezaurū in celo reponere debeamus: ipse dominus in euangelio manifestat, dicendo ad illū adolescentem. Vade vende oīa que habes et da pauperibus: et habebis thezaurū in celo. Huiusmodi ergo thezauros, qui eterni sunt, et incorrupti perire non possunt: et opera iustitie per pietatis ac mie merita iubemur in celo recondere. In celo em recondit, quicquid secundū fidem scripture in vsu pauperū erogatur: dicente scriptura. Qui dat pauperib; deo fenerat. Vnde et sub apostolis credentes memores huius precepti dñici, thezaurisasse sibi inueniunt in celo: qui venditis vniuersis rebus suis: terrenos thezauros ad regna celestia trāstulerūt. Et ideo addidit dominus dicens. Vbi fuerit thezaurꝰ tuus ibi erit et cor tuum: quia si in celo semper bonis operibus thezaurisemus, vbi omnis spes et salus nostra est, vbi nobis vita eterna reposita est: in terra licet positi cor tamē in celo semper habemus. Verū non potest cor in celo habere: qui cupiditate seculi raptus, thezaurisare sibi magis in terra voluerit. Merito et sanctis apis etiā diuites

ſeculi, quemadmodū hunc thezaurum celeſtē conſequi poſſint, hortatur dicens. Diuitibus huius ſeculi precipe, nō ſuperbe ſapere, neq; ponere in incerto diuitiarum ſpem ſuam: ſed in deum viuum, qui preſtat nobis abundanter omnia ad fruendum. Benefaciant, diuites ſint in bonis operibus, facile tribuant, cōmunicent, thezaurizent ſibi in futuro, vt apprehendant veram vitam, ab eo qui auctor eſt vite, et immortalitatis eterne: cui laus eſt et gloria in ſecula, Amen:— In capite ieiunij ſermo beati leonis pape de

Via nōnullorū eſt carissimi aduenientes quadrageſime dies, deuotiore ieiunio preuenire, neceſſarie preſens euangelij decurſa eſt lectio: in qua dominus noſter virtutū ſpiritaliū retributor, ſanctā nobis perfectāq; dedit regulā ieiunādi dicens. Cū ieiunatis: nō eritis ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enim facies ſuas: vt appareant hominibus ieiunare. Non cū deo ieiunat, ſed hominibus: quicūq; oſtentatiōe ieiunij ſui, gloriam requirit humanam. Exterminat autē facies ſuas: qui merore ſimulato, religioſum vultū populorum oculis mentiuntur. Non vult enim diſcipline celeſtis mgr irreligioſe agi, quod fieri pro religione precipitur: nec patitur inuocantium ſe laborem, quibus eternam parat mercedem, infructuoſe iactantie vitio deperire. Non eritis in quit ſicut hypocrite triſtes. Si cū vere meſtus et triſtis es, quia ieiunas: nullam tibi vt ingratus apud deū gratiam reſeruabis, quia quāuis opus facias bonum: prauitatē tamen degeneris animi inuitus operaris. Si autem pro quada ſanctitatis ymagine ſimulas: oēm fructum promiſſionis diuine, obſequij tui oſtentator amittis. Q ſi deo ieiunium tuū deferes, cur illud hoīb; pari tecū conditione viuentibus, vane glorie ſectator oſtendis? Ignari nimirum paulus apoſtolus ſecutus ſententiam dicebat. Nolite fieri inanis glorie cupidi. Inane eſt cū et vanum: ſcilicet nullius ponderis, aut virtutis firmitate conſiſtit. Inane eſt: quod cū ſeculo pretereunte deficiens, ad vitam non tranſit eternam. Quicquid pro carnali honore laboratur, corruptibili cum carne dilabitur: vt ait prophete. Omnis caro fenum: et omnis gloria hominis vt flos feni. Aruit fenū et flos decidit: verbum autem domini manet ineternum. Nec poſſumus dilectiſſimi pro vno eodēq; opere, et laudem mundi adulantis expetere: et premium vite celeſtis arquirere. Sed vnge ait cum ieiunas caput tuum: et faciem tuam laua. Vngit revera oīs deuotus caput ſuum: cuius religioſum ieiunium ſancte elemoſyne v

bertate pinguescit. Et si altius aliquid rogitemus: vnguen
put tuū quod est christus: si bonis operibus meliora subiūgēs
simplici cū deuotione letifices. Lauabis sine dubio et faciem
tuam, atq; omni eām letitie serenitate deterges: si diuino io
cundior cultu, nullius vanitatis assertatione sordescat. Ille
tus enim illorum vultus est: qui falso oculorum merore pre
conia mundana merentur. Quos apostolus sententia
sua notat dicens. Questum existimant esse pietatē. Et cū
hec ita sint: non repellit dñs lugentes vel pcta sua, vel
mundi qui dixit. Beati qui lugent: qm ipsi consolabūtur.
Non reprehenditur ille qui dudū corde deuio, et lubricis
gressibus a tramite salutis elapsus, redintegrare se deo mesta
pnīe satisfactione conatur: vt in quinquagesimo legimus psal
mo. Cor contritum et humiliatum deus non spernit. Nō
vtiq; spernit deus sanctum merorem: sed seruientes sibi, ar
tificiosam et dolo simulatam non vult circūferre tristitiā.
De quibus ait christus ad discipulos suos. Amen dico vobis:
perceperūt mercedem suam. Quanta est igitur spes fidei
corum, vel que future retributionis expectatio: qui omnē
mercedem operum suorum in presenti seculo tpalis aure
ambitiōe consumunt? Et ideo fratres inoffensam et deo pla
citam in oībus tenete mesuram: sit apud vos purum ieiu
nium, simplex mūa, omnisq; sincera deuotio: vt sanctam
vitam vestram, euangelica institutione perfectam, plena
dei nostri retributio prosequatur:

Omelia feria quinta legenda ante quadragesima eiusdē lectionis

Vam gloriosa fides in centurione et admiranda deuotio: que si
ne legis vlla structione tam perfecta fide dei filio
credidit. Rogat centurio dominum: vt puerū
ipsius paraliticū curare dignaretur. Dñs vsq; ad locum
in quo paraliticus iacebat ire disponit: sed centurio fide ple
nus, humilitatis sue admodū conscius indignū se in tāta
dignatione dñi profitetur: et tantū diuine dignationis
onus excusat. Dic enim ait. Non sum dignus vt intres sub
tectū meum: sed dic tantū verbo et sanabitur puer meus.
Plenissime fidei ac perfecte cognitionis est ista confessio:
ita filij dei oīpotentiam confiteri, vt totū illi esse possibile cre
dat. Vnde centurio iste dñm ac saluatorem nostrum, licet
secundū hominem corpus videret: deum tamen eum esse
visu mentis ac fidei agnoscebat. Denicq; ita ait. Dic mihi
tantū verbo, et sanabitur puer meus: quia credebat eum
per virtutem diuine nature vbiq; esse presentem, et solūmō
si vellet verbo omnia posse curare: cognoscens ipsū esse de q̄
scriptum est. Misit verbum suū et sanauit eos. Et iterum.
Non malagma curabit eos: sed tuus est domine sermo qui

ſanat omnia. Quod licet ſcriptū centurio legis adhuc in
ſciūs ignorāret: id tamē credendo fide confeſſus eſt. Unde nō
etiam immerito, exemplū terrene huius poteſtatis neceſſa-
rie attulit dicendo. Nam et ego homo ſum ſub ptāte con-
ſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic vade, et va-
dit. Alio veni, et venit: et ſeruo meo fac hoc, et facit. Per
quod et dīm eum, et principē celeſtis milicie: et uni-
uerſa ptāti eius ſubiecta eſſe ita credendo confeſſus eſt.
Credebat em eſſe ipſum: cui angeli et archangeli, atq; omnes
virtutes celorum ſubiecte ſunt ſeruitutis obſequio. Per hu-
iuſmodi itaq; fidem centurio et impetrare valuit quod poſ-
tulauit. et teſtimonio diuine laudis dignus effectus eſt: ut
iſrahelitis omnib' preferretur. Dic enim de eo dominꝰ teſti-
tus eſt dicens. Amen dico vobis: nunq; tantā fidem inueni
in iſrahel. In nullo reuera. Duperis em leproſo mundato
ſacerdotes legis dīm tante virtutis agnoſcere noluerunt:
centurio homo gentilis non per legem eruditus, nō per
prophetas inſtructus filiū dei anteq; puer ſuus ſanaret
agnouit, et ſacerdos quidem in leproſo rognito ſigno di-
uine virtutis tota fide credens nō tm ſibi ſed et domui
ſue ſalutē aſſiduit eternam. Quantū igitur preſtet uni
cuiq; apud deum deuote fidei veligioſa confeſſio, ex hoc ipo
cognoſcimus: que non ſibi tantum ſed et ſuis prodeſt. Cē-
turio credit: et puer ipſius ſanitatem conſequitur. Uer
igitur ſecundū hyſtoriam litere dicimꝰ. Nam quid in
eadem ea operatione ſub ſpiritali intelligentia ſentien-
dum ſit: debemus aduertere. In centurione iſto, qui ple-
na fide dei filio credidit: eorum ſanctorum, qui ſine lege
litere deo placuerunt figura moſtrata eſt. In puero
vero centurionis qui paralitic' in domo iacebat, populi
gentilium typus oſtenſus eſt: qui grauib' delictis oppreſ-
ſus in domo iſtiuſmodi animo et corpore diſſolutus ia-
cebat. Poſt hoc igitur veniens dominus ſanctorū ptib'
exoratur, ut ad ſalutem gentium curam verbi diuini cō-
tederet: quo liberāti homines, de tali valitudine pctorū,
perfectam ſanitatem fidei at ſalutis acceperunt. Unde
et in eo quod dixit, non ſum dignus ut ſub tectum meū
intres, ſed dic tantum verbo, et ſanabitur puer meus,
domum ſuam, mundū iſtum ſignificare cognoſcitur:
ſacrilegiis gentium et ſuperſtitionib' ydolorum, atq; oīb'
pctis pollutum: quem indignum deo eſſe teſtatur. Deniq;
liret ad mundū iſtum, ubi habitatio gentium erat dom'
deſcenderit: a vitiis tamen vel a pctis mundi prorſus
alienus repertus eſt. Et liret addandam ſalutem gentiū
in hunc mundum veniſſet, non tm in templis ydolorum

sed in templo dei, quod pro tempore edificatum ihyerosolimis fuerat, dominus preceptа vite, populo gentium profutura tradebat: et ideo dicitur a centurione. ℣Non sum dignus ut intres sub tectū meum: ut pollutam gentium habitationē indignā adhuc dei filio demonstraret. Sed addidit. Dic tā tum verbo: et sanabitur puer meus. In quo id significare cognoscitur: quia non ante passionem suam dominus verbum diuine predicationis ad salutem gentium per aplos destinaret. Unde et illud pauli dictum est ad iudeos. Vob oportuit primū annūciari verbum dei? sed quia indignos vos iudicastis vite eterne: ecce cōvertimur nos ad natioēs. Sic em mandauit nobis dominus. Quapropter et dīs collaudata fide centurionis? hanc ipsam futuram spem gentium protestatus est dicendo. Amen dico vobis? q̄m multi ab oriente et occidente venient, et recūbent cū abraham et ysaac et iacob in regno celorum: filij autem regni huius expellētur in tenebras exteriores. Quo dicto manifeste declarauit, reprobato infideli populo iudeorū, nobilem congregationē ecclie ex vniuersis gentib9 futuram? q̄ fide et deuotione sua digna conuiuio sanctorū in regnis celestib9 haberetur, per aduentū domini et saluatoris nostri: qui est benedictus ante oīa secula et nunc et semper. Amen.

Omelia legenda feria sexta an quadragesimam, eiusdē hōnib

Anno dm. M. C. xc. viii. hb

Ter omnia vult nos dominus in preceptis suis esse perfectos. Jam diudū quidem in lege preceptum est. Diliges amicos: et odies inimicos. Sed populo terreno et carnali secundū tempus data ista precepta sunt: sicuti et illud. Oculū pro oculo: dentem pro dente. Nunc autem euangelico populo traduntur precepta celestis ac perfecte iusticie, ut inimicos diligamus, odientes amemus, pro calūpniantib9 et persequētibus nos oremus? ut vere filij dei esse mereamur: qui pro mīa sua indiscrete super bonos et malos, iustos atq̄ iniustos vite presentis bñficia celesti dono largitur. Ad huiusmodi precepta euangelica custodiendā etiā per ysaiam hortatur nos spiritus sanct9 dicens. Audite verbum domini: qui timetis nomen eius. Dicite frēs nr̄i estis h̄ys qui vos oderunt: et abhominantur nomē domini. Magnificetur et aperiat illis iocunditatē eorū: et illi cōfundentur. Unde non īmerito dauid in psalmo testatur dicens. Dñe deus meus si feci hec, si reddidi retribuentib9 michi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Beatus quoq̄ iob idipsum ita cōmemorat dicens. Quod si gauisus sum in delicto inimici mei? si dixi in corde meo benefactum est: audiat auris mea

maledictionem. ¶ Iger autem euangelice gratie precepta, que nunc ad salutem hominū data sunt: inuenimus per mā data legis in animalibꝫ prefigurata cū dicitur. Si videris bouem inimici tui sub onere ruisse, non transies, sed eleuabis cum eo: vt iam tunc in lege moysi vnusquisq; in animalibꝫ discreet, quod quidoꝫ secundum euangelium facturus esset in homine. Et merito sequitur. Si diligitis eos qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt? Et si salutatis frēs vestros tantū, quid amplius facitis? Nonne ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti: sicut et pr̄ vester qui in celis est, perfectus est. Ostendit dominus meritum nos perfecte dilectionis habere non posse, si eos tantum diligamus, a quibus vicem nobis repēdi dilectionis mutue nouerimus: cū huiusmodi dilectionem etiam gentibus et peccatoribus sciamus esse cōmunem. Vnde vult nos dominus cōmunē legem dilectionis humane, lege dilectionis euangelice superare, vt non solum circa eos qui nos diligunt, sed etiam circa inimicos et odientes, amoris nostri tendamus affectū: et vere pietatis ac bonitatis paterne in hoc imitemur exemplū. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hoibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedē non habebitis a patre vestro qui in celis est. Ab omni iactantia manis glorie atq; humane cupiditatis nos esse dns alienos vult: vt opus iustitie nostre non hoc studio faciamus, quo hominibus placere velimus: sed soli deo a quo expectamꝰ laboris nostri mercedem. Amittit enim meritum iustitie apud deum: qui idcirco iuste vult viuere, vt gloriā humane laudis acquirat. Vnde apostolus ait. Si adhuc hoibus placerem: christi seruus non essem. Cum autem facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt: qui amant stare in synagogis et in plateis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedē suam. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit elemosyna tua in abscondo: et pater tuus qui videt in abscondo reddet tibi. In oibus nos dominus ad perfecte fidei gloriam doctrina celesti conformat. Superius docuit opus iustitie, nō propter homines, sed propter deum esse faciendū. Nunc quoꝫ iubemur elemosynam facientes tuba canere nō debere, idest non promulgare quod facimus, quia nō est deuote mentis, idcirco in dei rebus aliqd operari: vt

gloziam humane laudis expectet. Plerisq; ideo enim aliquid in vsum pauperum largiuntur: vt manem laudem hominū et famā seculi de facultate mercantur. Quos operis sui mercedem in hoc seculo rerepisse dominus manifestat: quia dū hanc gloziam seculi gerunt: mercedem future promissionis amittunt. Et ideo addidit dominus dicens, vt sit elemosyna tua in abscoso, et pater tuus qui videt in abscoso reddet tibi: volens opus mīe nō esse publicū sed occultū: idest vt non propter hominū laudem, sed propter deum tantū operemur: a quo expectamus celeste gloziam, et future retributionis mercedem. Vnius autem fidelis operis elemosinam: sub religiose taciturnitatis silentio salomon ecclesiam collaudans olim ait. Preter taciturnitatē tuam: hanc scilicet taciturnitatē de qua ait dns. Nesciat sinistra tua: quid faciat dextera tua. Sed non hic dominus de humani corporis manibus loquitur, quibus nec videndi nec loquendi vllus est sensus: sed in manu dextra vel sinistra aut opus aut homines signantur. Denig; scriptum legimus in libris regnorum manū homines significare: cū dicitur. Nonne decē michi manus sunt in israhel: idest decem tribus in israhel. Vnde non dubiū est in dextra manu iustos significari: in sinistra vero peccatores intelligi: secundū quod salomon retulit. Partes dexteriores novit dominus: peruerse autē sunt que sunt a sinistris. Huius autem dextere vel sinistre intelligentiā dominus in euangelio apertissime manifestat: cū iustos a dextris, peccatores vero sinistris collocandos esse declarat. Nec ergo dextra iustorū, si quid secundū p̄ceptū operatur, iubetur sinistra nescire: idest vt quod religiose ac fideliter operamur, in cōspectu peccatorū et infidelium non iactemus: verū si quid nō humane laudis studio etiā coram veligiosis fratribus fideliter fecerimus: non pt opus deuotionis ac fidei a fratribus iactātia iudicari ante dominū et saluatorem nostrū qui est benedictus in secula. Et cū oratis non eritis sicut ypocrite: qui amant stare in synagogis et in angulis platearum stantes orare vt videant ab hoīb9. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autē cū orabis intra in cubiculum tuum: et clauso ostio ora patrem tuum: et pr̄ tuus qui videt in abscoso reddet tibi. Ad oēm nos iustitie celestis ac fidei perfectionē dns instruit. Vult enim nos sine ypocrisi

a religiose

sine aliquo studio laudis humane oē opus diuine religionis implere. Prohibemur nāq; ypocritarū more orationes nras omnibg iactanter ondere: ne meritū gratie amittamg. Dns eī non simulatā ac iactantem sed simplicem ac fidelem oronem requirit: et ideo clauso ostio, id est intra cordis ac cōscientie ipsius secretum a domino iubemur orare: vt ab eo qui secretorum ac occultorum est cognitor recipiamus retributionis occulte mercedem. Religiose enim mentis est, deū non clamore vel sono voris, sed deuotione animi, ac fide cordis orare: secundū quod dauid in .v. psalmo testatur dicens. Dicite in cordibus vestris: et in cubilibus vestris cōpungimini. Inuenimus denq; in libro regnorum annā illam sanctissimā huius euangelice doctrine precepta cōplentem. Nam sine aliquo voris sono, in cordis sui secreto, in conspectu domini fideliter orans, desiderij sui preces effunderet: statim exaudiri a dño meruit. Sic et danieli cū tribus pueris occulte oranti: interpretationes somprij et reuelationū secreta dominus scire concessit. Cornelius quoq; nec dum preceptis euangelicis eruditus: dum in cubiculo suo secrete ac fideliter orat, meruit vocē sancti angeli loquentis audire. Sed quid de iona dicemg qui non modico cubiculo, sed vtero belue clausus, in tantū orans exaudiri meruit? vt de profundo maris, et de ventre tam immanis belue, incolumis et viuus euaderet? Exauditus autem a deo est, nō quia voce, sed quia fide clamabat? et ideo clamore voris nō est opus in oōne ad deū, quem scimus secreta cordis intueri: sed clamore fidei ac religiose mentis deuotione. Vnde non immerito in sequentibg dns ait. Orantes autem nolite multū loqui: sicut ethnici faciunt. Putant em quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit em pr̄ vester quid vobis opus sit, anteq; petatis ab eo. Ethnici enim hoc putant multa eloquentia verborū facilius se a deo impetrare posse que postulant: sed hoc a nobis dns nō vult. Vult potius vt oratiōē nostrā non verbositate sermonis, sed fide cordis ac iustitie meritis cōmendemus ei vtiq; qui melius nouit oīa que nobis necessaria sunt: et vniuersa que postulaturi sumus, anteq; loquamur agnoscit. Quanti denq; discet inter multiloquium et humilem ac simplicem oronem: pharisco illo et publicano habemus exemplum. Nam pharisei iactatis se in multiloquentia verborū repro

batur oro: publicanus vero humilis ac ſimpliſſus
pro pctis ſuis veniam poſtulans iuſtificatior, iac
tante phariſeo ſe, deſcendit. In quo cōpletū inue
nimꝰ id quod ſcriptum eſt. Oratio humilis nu
bes penetrauit, perueniens ad dñm, qui oratis p
cem exaudire conſueuit: ꝙ eſt bndictꝰ in ſecula.

Sermo beati Leonis pape legendus dominica in quadrageſima

Super eū dubꝫ

Or a ſuperiore dñica quadrage
ſimam procuremus, cum hodie ſit eius exor
dium? cur feſtiuitatem eius ante viam ebdo
madā celebrare reperimus: reprehendi nō pt
obſeruatio iſta preproperā. Deuotionis enim indi
cium eſt, prius legem exequi, quā legis ſtatuta rog
noſcas: et ante obedire preceptis, ꝙꝫ obīe precepta cō
pellant. Illud em amoris eſt: hoc timoris. Hoc un
peratiue exigitur: illud religioſe deſertur. Hic debi
tū ſoluit: ibi donum muneris exhibetur. Vnde et
nos religioſum munus exhibuīmus deo: dum am
plius ieiunauimus. Reprehendi em nō poteſt feſtina
ta feſtiuitas. Semper enim in gaudijs ſolēpnitatis
vota preueniūt: futuram letitiam deuotio dum ex
optat anticipat. Non ſolum igitur reprehenſibiliter:
ſed et caute factum eſt. Semper enim in rebus ambi
guis oportet addere aliquid amplius ad cautelam:
quia quod eſt amplius recidi poteſt, quod minus eſt
non poteſt prolongari: ſicut in hac obſeruatione fac
tum eſt. Nam quod propter quadrageſimā plus ie
iunauimus: non minuimus quadrageſimam. Inte
gra enim nobis manet. Quod ſi minus ieiunaſſemꝰ
a numero: redintegrare eum non poteramus ad nu
merum. Sed fortaſſe illud in cauſa eſt: cur ieiunii
quod ieiunauimꝰ nō proficiat nobis ad quadrageſi
mā. Proficiet plane nobis. Quia et ſi non proficit
ad quadrageſimam: proficit ad ſalutem. Si nō pro
ficit ad numerū: proficit ad meritum. Cui em vnq̄
non profuit orare legere ieiunare? Cui nō profuit
caſtitas ſobrietas mānſuetudo? Niſi quod illos ma
gis reprehendendos puto, qui nū parati fuerint ad ſo
lēpnitates ambiguas neglexerīt ieiunare. Demon
trauerunt utiq̄ non ſe volentes religioſe viuere, ſed
coactos. Veriti ſunt fortaſſe ne quinq̄ dierū ieiunijs
prolongatis carne cibꝰ repulſq̄ deficeret: et exiles ac
tenues quadrageſime abſtinentiā tolerare nō poſ
ſent. Audiant igitur refecti pariter ac robuſti, te
nues atq̄ pallentes: ꝙt hodie eſt quadrageſima.

Audiant illi in ꝑ vt ieiunare incipiant: isti vt ab-
stinere non desinant: et coiter in aream christi intrare
festinent. Immo festinent amplius, qui tardius ab-
stinere ceperunt: vt castigatiores et puriores introeant.
Qui archam domini in periculis per ieiunium sustē-
tare non preualet, temulētus sustinere non nouit.
Admonemus ergo vos sicut ante iam diximus, nūi
temporis homines, vt in huius mundi turbinibus ad
domū dei certatim vnusquisq; cōfugiat: sicut et sui
temporis homines noe iustus admonuit. Admonuit
enim illos futurū diluuiū: et predicare non destitit.
Et licet vox predicationis non sit audita: tamen et
si tacebat lingua, opera loquebantur. Et si silebat vo-
ce: ascia personabat. Cum enim edificabat tam grā-
de opus arche illius: causam cur fieret ipso opere tes-
tabatur. Testabatur enim ipso apparatu: nouā taber-
naculā, nouis periculis profuturā. Sapiens em ꝙq;
intelligere poterat, naufragij nescio quid iminere: cū
domus talis fieret, que non hereret terre, sed natāret
in gurgite. Cum huiusmodi hospicium pararetur:
quod nec pauimento solo defigeret, nec fluctibus vn-
da submergeret. Quis ꝙ sapiens nō intelligeret
adesse diluuiū. Cum videret tale domicilium fieri
quod susceptos intra se non tā clauderet, ꝙ ~~clauderet~~
portaret, quod non tam pluuiarū ymbres repelleret:
ꝙ naufragij procellas arceret. Quo ꝙ ex hospitio
non aduerteret periculū hominis. In quo hospitiū
non habitandū esset, sed potius epulandū, in qualibet
parte mundi futurū esset cū ipsis habitaculū pere-
grinum? Ipse ergo sanctus noe opere populis pdica-
bat: et dicebat illud euangelicum dñi dictum. Si
michi non creditis: operibus credete:~ Sermo pri-
mus beati Maximi episcopi de quadragesima, legendus.

Alte dies deuotionem sancte quadragesime
predicātes sacrarum litterarū exempla pro-
tulimus: quibus approbaremus hūc qua-
dragenarium numerum, non esse ab hoīb9
constitutū, sed diuinitus consecratū: nec terrena co-
gitatione initum, sed celesti maiestate preceptū. Atq;
ideo qui ieiunium, constitutū numerum, vna die
manducando pterit, non vt vnius diei violator ac-
cusatur: sed vt totius quadragesime transgressor ar-
guitur. Vnde bonū est homini vt ad diem sine labo-
re ieiunet: et totius quadragesime consequatur pa-
riter et sanctitatē. Vser autem nō tā sacerdotū precepta

quam dei sunt: atq; ideo qui spernit, nō sacerdotē sper
nit, sed christum qui in suo loquitur sacerdote. Vide
amus igitur quo tempore hanc obseruantiam nobis
indixerit dñs: si non veluti per istam deuotionē, cūc
ta clementa voluerit habere profectum. Terre enim
in dicta quadragesima constricta hyemali gelu terra
resoluitur: et aquarum fluenta, meatus suos glacie
li. quefacta recipiunt. Sic quoq; corporū nostrorū hoc
eodē tempore contracta sceleribus pēa resoluuntur:
et vite nostre purior cursus, liq̄facto rigore diaboli me
atum suū pristinū recognoscit. Terra inq̄ in dicta q̄
dragesima, asperitatem deponit hyemis: ego in dicta
q̄dragesima asperitatem reicio delictorum. Illa terra
aratris scinditur, vt mūdanis sit congrua fructib9:
mea terra exaratur ieiuniis, vt celestib9 sit apta semi
nibus. Sicut enim reditum vberiorem capit, qui
frequentius vepando exerret campum: ita et ma
iorem grām percipit, qui exerret corporis sui cā
pum sepius ieiunando. Ecce enim abstinentie
tempore, herba segetū reuiuiscit in messem: sur
culus arboris conatur in fruticem, palmes vi
nee pubescit in gemmā: et oīa de inferioribus
ad altiora se subrigunt. Ita hoc eodēq; tempore,
hominum spes interim mortua, reuiuiscit in
in posterum: fides perdita reparatur in gloriā,
temporalis proficit in eternam: et omne huma
num genus ad celestia se subrigens, ab infimis
ad altiora consurgit. Quodo fertum gestans agri
cola sarmēta deputat vineariū: ita et nūc euā
gelium tractans epūs sordes amputat populorū.
Et isto quadragenario curriculo vniuersa hoc a
gunt creature: quatenus dēpositis superfluis or
nate vel compte in pascha procedant. Quodo oīa sut
in partu: vt tunc reperiantur in fructu. Tunc em
cōtra nature speciem spina profert rosam: calamꝰ
fragrat lilium: suauitatem arida depromunt. Et
ita cuncta floribus adornantur: vt festiuitatem
diei magni creatura ipsa nitore sui celebrare cre
datur. Igitur et nos hoc eodem ieiuniorum tēpore
producamus de spinis nostris rosas: hoc est de pcīis
iusticiam, de seueritate miam, de auaritia largi
tatem. Iste enim sunt spine corporis nostri, que
pressorāt animā: de q̄bus ait scriptura. Spinas et
tribulos tibi germinabit terra. Germinat em mihi
terra mea spinas: si me corporalis libidinis titilla

tione cõpungit. Generat michi tribulos: cũ me diuitiarum secularium cupiditate discruciat. Spina cũ christiano anaritie siue radix est: spina viro bono honozib ambitio est. Videtur enim specie apud suos grate esse: sed lediunt. Ieiunijs ergo nisi vigilando et ieiunando curari non possumus: quin potius per abstinentiam ipse spine vertuntur in rosã. Producit enim ieiunando libido castimoniã. superbia humilitatem, ebrietas sobrietatem: sobrietas parcitatem. Hy enim sunt flozes vite nostre. qui suaue christo redolent: qui odozẽ bonũ deo spirant. Vnde ait apus: cũ christi bonus odor sumus deo. Iam ergo quadragesimã largitus nobis ẽ dñs: vt huius temporis spatio, in mozem totius creature nũc cõcupiscamus virtutũ germina: vt in die pasche fructum iustitie proferamus. Hoc ergo quadragenario numero se ipse dñs christus exercuit. non vt profectũ ipse caperet: sed vt profectũ salutis nobis ostenderet. Per eum enim erat in illo spina petri: que verteretur in florem. Ipse enim erat flos natus non de spina sed virga: sicut ait prophetа. Egrediet virga de radice yesse: et flos de radice eius ascendet. Virga cũ erat maria nitida subtilis et virgo: que christũ velut florem integritate sui corporis germinauit. Continuatis ergo quadraginta diebus et noctibus, hec ieiunia non esuriens dominus protraxit: sed dicit illum euangelista esuriisse postea. Quo ergo potest fieri. vt qui tantorum dierum numero famẽ sitim nõ senserit, postea esurierit? Esuriebat plane: nec negare possumus quod esurierit. Esurijt enim non cibũ hominũ, sed salutem. nec esurium secularium epulas cõcupiuit: sed animarũ desiderauit celestiũ sanctitatem. Cibus emi christi est redẽptio populorum. Cibus christi est paterne voluntatis effectus: sicut ipse ait. Meus autẽ cibus est: vt faciam voluntatem pris mei, qui me misit. Vnde et nos esuriamus cibum: nõ qui terrenis epulis apparatur, sed qui diuinarum scripturarũ lectione colligitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit: hic autem animã reficit in eternum: ¶ Item Sermo tertius beati leonis pape In principio quadragesime legendus

Semper quidẽ nos dilectissimi sapienter et iuste viuere decet: et voluntates nras actiones q̃ dirigere, quo diuine nouimus placere iustitie. Sed cũ hy appropiquant

dieb, quos illustriores nobis salutis nostre sacrāmēta
fecerunt: diligentiore sollicitudine corda mūdāda
sunt, et studiosius est exercenda disciplina virtutū,
vt sicut ipsa mysteria quadā sui parte maiora sunt
ita et nostra obseruantia superet in aliquo cōsuetu
dinē suam: et cui festiuitas est celebranda sublimi
or, ipse quoq; in ea reperiatur ornatior. Si cm ratio
nabile et quodāmodo religiosū videtur per diem fes
tum in vestitu nitidiore prodire, et habitu corporali
hylaritatem mentis ondere, si ipsam quippe oronis do
nū propesiore tunc cura, et ampliore cultu, quātū
possumꝰ adornamus, nōne dignum est, vt ria christ
iana, que verum viuūq; dei templum est, speciem
suā prudenter exornet? et redēptionis sue celebratu
ra sacramētū, omni circūspectione precaueat, ne vl
la cum macula iniquitatis obfuscet, aut dupliciꝭ
cordis ruga dedecoret? Vnum quid prodest honesta
tis forma preferens cultus exterior? si interiora ho
minis aliquorū sordeant contaminatide vitiorum?
Dia igitur que animi puritatē, et speculū mētis
obnubilant: abstergenda sedulo, et quadā elimatione
radenda sunt. Scrutetur quisq; conscientiā suā: seq;
an se statuat propriꝫ censura iudicij. Videat si in se
creto cordis sui illā quam christus dat inuenit patē?
si desideriū spūs nulla cōcupiscentia carnis ipugnat:
si humilia non spernit, si alta non appetit? si iniquo
non delectatur lucro, si immoderato rerum suarum
non gaudet augmēto: si denicq; aliena felicitate no
ritur, aut inimici miseria non letatur. Et cum
harum perturbationum nichil in se forte reppererit?
sincero disquirat examine, qualium cogitationum
specie frequientetur: vtrum nullis vanitatū ymagi
nibus acquiescat. Nam nullis illecebris commoue
ri, nullis titillationibus cupiditatibus titillari
non est istius vite que tota tēptatio est: ex qua nemi
nem vincitur, qui vinci ab eadem non vereatur. Su
perbum est enim de non pectandi facilitate psume
re? cum hoc ipsum presumpsisse pectasse sit: dicente
beato iohanne apto. Si dixerimus qm pcta non ha
bemus: nosipsos seducimus, et veritas in nobis non
est. Nemo ergo se fallat dilectissimi: nemo decipiat.
Nec cm quisq; de cordis sui puritate confidat, vt pu
tet se nullis tentationū periculis subiacere? cum
peruigil ille tēptator acrioribus pulset insidijs: ab
maxime viderit abstinere pctis. Nam a quo dolos

ſuos contineat.· qui ipſum quoq; dominū maieſta
tis ſuę eſt calliditatis ſiue fraude tẽptare? Viderat
ſuperbiam ſuam humilitate dñi calcatam.· intel
lexerat quadraginta dierum ieiunio, omnẽ cõcupiſ
centiam carnis excluſã: et tamen non deſperauit
de artibus ſuis malitie ſpiritalis improbitate.· tã
tũq; ſibi de nature nre mutabilitate promiſit: vt
quem uerum experiebat hominem; pſumeret poſſe
fieri pẽitorem. Di ergo ab ipſo dño ſaluatore noſtro
deceptionum ſuarum diabolus non reuocauit in
ſidias: quãto magis fragilitatem noſtram impug
nare preſumit.· quos exinde vehementiore odio et
inuidia ſeuiore perſequitur, ex quo ei in baptiſmo
renũciauimus: et ab illa cui dñabatur origine, in
nouam creaturã diuina regeneratione trãſiuimus.
Quia dum mortali carne circũdamur, non deſi
nit nobis hoſtis antiquus laqos pẽti vbiq; pẽnde
re.· et tunc maxime aduerſum christi membra ſeui
re: qñ ab eis ſalutaria ſunt celebranda mỹſteria.
Merito doctrina ſpũs ſancti hac eruditione ibuit
populum christianum: vt ad paſchale feſtũ ſe per
quadraginta dierũ abſtinentiam pparet. Cuius
purificationis ratio iam nos inuitat ad obſeruã
tiam ſue ſalubritatis: et diligentiam nobis propo
ſiti caſtigationis indicit. Quanto enim ſanctius
quiſq; hos dies inuenietur egiſſe: tanto probabit
paſcha dñi religioſius honoraſſe. In diebus igitur
ſanctorum ieiuniorum pietatis opera quibus ſe
per ſtudendum eſt, habundantiq exequamur.· mi
ſericordes ſimus ad omnes, maxime autem ad do
meſticos fidei: vt in ipſis quoq; elemoſinarum
diſtributionibus bonitatem patris celeſtis imite
mur.· qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos et
malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Quãuis
ergo fidelium ſit precipue adiuuanda paupertas.·
etiam illi tamen qui nondũ euangelium receperũt
in ſuo labore miſerandi ſunt; et quia in oĩbus ho
minibus nature eſt diligenda cõmunio.· que nos
etiam hos benignos debẽt effitere, qui nobis ſtru
ctũ ſunt conditione ſubiecti: maxime ſi eãdem gra
tiam renati, et eodem ſanguinis christi pretio ſũt
redẽpti. Simul enim cum iſtis habemus, quod ad
ymaginem dei conditi ſumus: nec eternali origine
a nobis, nec ſpiritali natiuitate diuiſi ſunt. Eode
ſpiritu ſanctificamur.· eãdem fide viuimus: ad eãde

sacrāmenta cuerimus. Non spernat hec unitas, nec vilis nobis sit tanta cōmunio, sed hoc ipsum nob per omnia faciat mitiores: quod eorum utimur subiectione, cū quibus uni deo eādē subicimur seruitute. Di qui ergo horum grauioribus dños suos offendere delictis: indulgentiam nunc in diebus recōciliationis accipiant. Auferat miseratio seueritatem: et uenia deleat ultionem. Nullum custodia teneat, nullū carcer includat, cū deus nr̄ miam suam hac cōditione promisit: ut hijs remittenda sibi nosset pcta. Dissensionū materia dilectissimi, et inimicitiarum aculei conterantur, cessent odia, deficiant simultates: in unitatem dilectionis omnia christi membra conueniant. Beati enī pacifici: cū filij dei vocabūt. Nec solum filij, sed etiam heredes, coheredes autem christi dñi nostri: qui uiuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo quartus eiusdem mag sup

Predicaturus vobis dilectissimi sacratissimū maximūq; ieunii, quo aptius uotar exordio, q̄ ut verbis apti mi quo christus loquiebatur incipiam, dicamq; quod lectum est? Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. Quāuis enim nulla sint tempora, q̄ non sint diuinis plena muneribus, et semper nobis ad miam dei per ipsius gratiam pzestetur accessus, nunc tamen omnium mentes maiore studio ad spiritales profectus moueri et ampliore fiducia animari oportet, quando ad uniuersa officia illius nos diei in quo redempti sumus recursus inuitat: ut excellens super oīa dñice passionis sacramētū purificatis et corporibus et animis celebremus. Debebatur quidem tantis mysterijs ita inestabilis deuotio, et cōtinuata reuerentia, ut tales permaneremus in conspectu dei: quales nos in ipso paschali festo dignum est inueniri. Sed quia hec fortitudo paucorum est, et dū carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur, dumq; per varias actiones uite huius solicitudo distenditur, nec est de mundano puluere etiam religiosa corda seruescere: magna diuine institutionis salubritate prouisum est, ut ad reparandam mentium puritatē quadraginta nobis dierum exercitatio mederet, in quibus aliorum temporū culpas, et pia opera redimerent: et ieunia casta decoquerent. Ingressuri igitur dilectissimi dies mystic, et purificatis

animis et corporibus sacratius institutos, preceptis
apostolicis obedire curemus. emundantes nos ab oi
inquinamento carnis ac spiritus: vt castigatis col
luctationibus que sunt inter vtrāq substantiam a
nimus que sub dei gubernaculis constitutum, corpo
ris sui decet esse rectorem, dominationis sue obtine
at dignitatem. Non enim in sola abstinentia cibi
stat nostra summa ieiunij. aut fructuose corpori
esca subtrahitur, nisi mens ab iniquitate reuocat: et
ab obtrectationibus lingua cohibetur. Dir ergo
nobis edendi est moderāda libertas: vt etiam alie
cupiditates eadem lege frenentur. Mansuetudinis
et patientie, pacis et tranquillitatis hoc tempus e:
in quo exclusa omni cōtaminatione vitiorum, perpe
tuitas nobis est obtinenda virtutum. Dum pia
rientium fortitudo donare culpas, negligere cōtume
lias, et obliuisci assuescat iniurias. Dum fidelis a
nimus per arma iustitie a dextris se exerceat et si
nistris. vt per gloriam et ignobilitatem, per infa
miam, et bonā fenerāq conscientiam, nec laudes in
flent: nec opprobria defatigent. Non timeatur inter
opera mie: terrenarū diminutio facultatū. Deper
diues est christiana paupertas. nec pauet in isto mū
do indigentia laborare: cui donatum est, in omniū
rerum domino, omnia possidere. Operantibus er
go que bona sunt non est omnino metuendū, ne cib
facultas desit operandi. cum et in duobus minutis
euangelice illius vidue sit laudata deuotio: et pro ca
lice aque frigide, premium habent gratuita largitio.
Ex affectibus enim pietatis, benignitatis mensura tax
atur: et nūq eum miserendi efficatia deserit, in quo
mia ipsa non deficit. Experta est hoc vidua illa de sa
repta: que beato helye in tempore famis, vnius dici
tibū quem solū habebat exposuit: et prophete esurie
necessitati sue preferens, exiguum farine, et pusillū
olei incūctanter expendit. Sed non ei defuit quod
fideliter erogauit. et in vasis pie effusione vacu
atis, fons noue ubertatis exortus est: vt sanctis
usibus non minueretur eius substantie plenitudo
cuius non fuerat formidata defectio. Ijs autem
studijs dilectissimi ad que vos voluntarie cōfidi
mus preparatos, non ambigimus diabolum, qui
oim est virtutum aduersarius, inuidere. et ad hoc
vim sue malignitatis armare, vt pietati laqueos
de ipsa pietate pretendat: et quos nō potuerit dei

cere per diffidentiã, conetur superare per gloziã: quia difficile est vt laudabiliter viuentem laus humana non capiat: nisi vt scriptum est, qui gloziatur in dño glozietur. Cuius vero ille hostis nequissimus non audeat impugnare propositum, cuius non appetat violare ieiunium: qñ versucias suas, sicut euangelica lectione patefactũ est ner ab ipsius mundi saluatore continuit? Expauescens enim in eo quadraginta dieriũ noctiumq; ieiuniũm, explorare callide voluit, vtrũ hanc continentiam donatam haberet an propriam: vt nõ metueret decreptionum suarum opera resoluẽda: si christus eius esset conditionis, cuius et corporis. Primo itaq; dolo scrutatus est, an ipse esset substãtiarum creator, qui rerum corpoream̃ posset in ãb vellet mutare naturas: secundo an sub humane carnis specie diuinitas obumbrata tegeretur: cui fitile esset peruiũ sibi aera facere, et terrena per vacuũ membra libzare. Sed cum illi dominq; iustitiã maluisset opponere veri hoĩs, ãq; potentiã manifestare deitatis: ad hoc conuertit tertie fraudis ingeniũ, vt cum in quo diuine potestatis signa cessauerant: dñandi cupiditate tẽptaret: et ad veneratiõnem sui, regna mundi pollicendo traducere. Sed prudentiam diaboli stultã fecit sapientia dei: vt superbus hostis hominẽ videns ãq aliqñ superauerat: non metueret cum persequi quem pro hominibus oportebat occidi. Vnus igitur aduersarij dolos non solũ in illecebris gule: sed etiam in proposito abstinẽtie cauemus. Qui enim scinit humano generi mortem inferre per cibũ nouit et per ipsum nocere ieiunium: et ad contrarie fraudis effectum sicut per serpentem uitulit interdicta presumi: ita per famem suadet cõcessa uitari. Vtilis quidem est continentia: que parco assuetum victu, delitiarum cohibet appetitum. Sed ve illorum dogmati: apud quos etiam ieiunando peccatur. Dampnant enim creatur̃ naturã in creatoris iniuriam: et cõtaminari edentes asserunt hĩs quorum non deum sed diabolum cõditorem esse diffiniunt: resultantes sicenti apostolo. Omnia munda mundis: coinquinatis autem et infidelibus nichil mundum: sed inquinate sunt eorum mens et conscientia. Vos autem dilectissimi catholice matris sancta gnãtio, quos incola ve

ritatis spiritus sancti erudiuit, libertatem vrã
cõgrua ratione moderamini: scientes quia bonũ
est etiam licitis abstinere: et cum castigatius viue-
dum est, ita discernere cibos, vt vsus eorũ remoueatur, non natura dãpnetur: et a predictorum pesti-
fero contagio vos abstinete: vt cum christo domi-
no deo nostro omnium creatore regnetis: Ser-
mo quintus beati leonis pape de quadragesima tractans ...

Postolica dilectissimi doctrina nos ãmo-
net: vt deponentes veterem hominem cũ
actibus suis de die in diem sancta cõuer-
satione renouemur. Hi enim templum dei
sumus, et mentium nostrarum spiritus
sanctus habitator est dicente apostolo. Vos enim es-
tis templum dei viui: multa nobis vigilantia la-
borandum est, vt cordis nostri receptaculum tanto
hospite non sit indignũ. Et sicut in domibus ma-
nufactis laudabili diligentia prouidendum est, vt
si quid aut infusione imbrium, aut turbine pro-
cellarum, vel ipsa fuerit antiquitate corruptum
citra in integrum cura restituatur: ita iugi oportet
sollicitudine precauere, ne quid in nostris animis
incompositum: ne quid mucidum. Quamuis enim edificium nostrum sine ope sui non
subsistat artificis, nec fabrica nra possit esse in-colu-
mis, nisi ei protectio prefuerit conditoris: tamẽ
quia rationabiles lapides sumus, et viua mate-
ries: sic nos auctoris nostri extruit manus, vt cũ
opifice suo etiam is q reparatur operetur. Ora
igitur dei obiã se humana non subtrahat, nec ab il-
lo bono sine quo non pt bonum esse deficiat: ac si q
sibi impossibile aut arduum in mandatorum effec-
tibus experitur, non in se remaneat, sed ad adiuuã-
tem recurrat: qui ideo dat preceptum, vt excitet de-
siderium, et prestet auxilium: dicente propheta. Jac-
ta in dominũ cogitatum tuum et ipse te enutriet. An
forte quisq tam insolenter superbit, et ita se illesum,
ita immaculatum esse presumit: vt nullius iam
renouationis indigeat? Fallitur prorsus ista per-
suasio, et nimia vanitate veterescit: quippe inter
temptationes istius vite, ab omni vulnere se credit
immune. Plena oĩa periculis, plena sunt laqueis:
inuitant cupiditates, insidiantur illecebre: blan-
diuntur lucra, dampna deterrent. Amare sunt
obloquitiũ lingue: nec semper veratia sũt ora laudatiũ.

Inde seuit odium, hinc decipit nicendax officium:
vt facilius sit vitia vitare discordem, quam declinare mendax fallacem. In ipsis autē virtutibus optinendis tam dubius modus, et tam incerta discretio est: vt si quisq; inter bonorū malorūq; confinia subtilissimi discriminis potuerit seruare mensuram difficile sit, vt ūn sibi conscium probitatem obtrectantiū lingua no mordeat: et iniquorū euadat obprobria, cui cōmunica iusticia. Jam cum ad ipsas rerū tpaliū varietates cogitatio humana conuertitur? quātę se opponunt caligines, quanti prauarum opinionum oboriuntur errores: vt de obiectu contrariorū sumatur materia querelarū. Jam licet oīm fidelium corda non dubitent mūdi huius partibus, nullisq; tpibus prouidentiā abesse diuinam, nec de stellarum plāte que nulla est, secularium negotiorum pendere prouectus, sed equissimo et clementissimo sūmi regis arbitrio cuncta disponi, q̄n sicut scriptum est, vniuerse vie domini mīa et veritas: tamen cum quedam nō secundum desideria nrā procedunt, et sub humani erroze iudicij, superior est plerūq; iniqui causa q̄ iusti, vicinū nimis atq; contiguū est, vt etiam magnos animos ista concutiant: et in aliquod illicite causationis murmur impellāt. Hiquidē istis varietatibus etiam excellentissimus prophęta dauid vsq; ad periculū se turbatū profitet et dicit. Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sūt gressus mei: quia zelaui in peccatoribus, pacem peccator videns. Vnde quia paucorū est tam solida fortitudo, vt nulla inequalitatū perturbatiōe quatiant, et multos fideliū nō aduersa tantū, sed etiam secunda corrūpant: sanādis vulneribus quibus humana infirmitas saucia tur diligens est adhibenda curatio. Ideo cū de periculis quibus mundus hic plenus est, q̄dam vrcuiter percurri, vt dicēte scriptura, quis gloriabitur castū se habere cor, aut mundum esse a peccato: oēs sibi intelligant delictorū nra indulgentiam, et reparationis necessariā esse medicinam. Q̄n autem dilectissimi ad remedia diuina decurrimus, quā cum ipsa nobis sacramenta redēptionis nostre temporum lege referūtur? que vt digniūs celebremus, saluberrime nos quadraginta

dierum ieiunio preparamus? ¶Non enim hȳ tātū
qui per mortis christi resurrectionisq; mysterium
in nouam vitam baptismo sunt regenerante ve
turi, sed etiam oēs populi renatorum et vtiliter
et necessarie presidium sibi huius sanctificatōis
assumunt: illi vt que nondū habent accipiāt:
isti vt accepta custodiant. Dicente nāq; apostolo
qui stat videat ne cadat: nemo tanta est firmi
tate suffultus, vt de stabilitate sua debeat esse
securus. Oramur igitur dilectissimi, saluberri
mi temporis venerabilibus institutis: et sollicitio
ri cura cordis nostri specula teneamus. Quātū
libet enī caste et sobrie mortalis hec vita ducatur
quodam tamen puluere terrene conuersationis
aspergitur: et nitor mentiū ad dei ymaginem cō
ditarum, non ita fumo totius vanitatis alienus
est: vt nulla possit sorde fuscari, et non semper in
digeat expoliri. Quod si etiam cautissimis ita
necessarium est: quanto illis amplius est expetē
dum, qui tota sorte anni spatia aut securius aut
negligentius transierunt. Quos caritate debita
cōmonemus, vt non ideo sibimet blandiantur,
quia nobis conscientie singulorū parcere nō pnt:
cum oculos dei simul vniuersa penetrantis, nō abdi
ta locorū, non parietum septa secludant: nec soli
ei acta et cogitata, verum et agenda et cogitanda
sint cognita. Iste ergo scientia sūmi iudicis, iste
est tremendus aspectus: cui peruium est oē solidū
et apertum oē secretum: cui obscura clarent, mu
ta respondent, silentium confitetur, et sine uoce
mens loquitur. Nemo patientia bonitatis dei de
peccatorum suorum impunitate contēpnat: nec
ideo illū estimet non offensū: quia nerdū est ex
pertus iratum. Non sunt longe vite mortalis in
dutie, nec diuturna est licentia insipientium volū
tatum, in eternarum dolore transitura penarū: si
dum iustitia suspenditur, penitentie medicina nō
queritur. Confugiamus ergo ad presentem vbiq;
miam dei: et vt sanctum pascha domini digna
obseruātia celebretur, sanctorum se fidelium corda
sanctificent. Mitescat seuitia, mansuescat iracun
dia: remittant sibi omnes culpis mutuam suas:
nec exactor sit vindicte qui petitor est venie. Dice
te enim dimitte nobis debita nra, sicut et nos di
mittimus debitoribus nris, durissimis nos vitiis

illigatmus: nisi quod profitemur implemus. Ōn
si ōcationis huius sacratissimū partum non tota
conditione sui seruatum est: nunc saltem con
scientiā suam vnusquisq; cognoscat, et alienis
ignoscendo delictis, abolitione suorum obtineat
peccatorū. Dicente nāq; dño si dimiseritis hoīb9
peccā eorum, dimittet vobis pr vester qui in celis ē:
non longe est ab vnoquoq; quod possit, cum de be
nignitate supplicis sententia pendeat iudicātis,
qui humanarū precum miserior9 et iustus audi
tor equitatis sue de nostra lenitate prescribit: vt
non haberet in eos ius seueritatis, quos non inue
nisset cupidos vltionis. Clemencē autem et mi
tes animos etiam largitas decet. Nichil enim est
dignius, quam vt homo sui sit auctorīs imitator:
et secundum modum proprie fragilitatis, diuini sit
operis executor. Nam cum ciuntur esurientes
vestiuntur nudi, fouentur infirmi: nonne auxi
lium domini, manus explet ministri, et benig
nitas serui, manus est domini, qui cum ad ef
fectus mōe sue adiutore non egeat, ita suā oīpo
tentiam temperauit, vt laboribus hominū per
homines subueniret, et merito deo gr̄e referet
de pietatis officijs, cuius opera videntur in fa
mulis: Propter quod ipse dīs discipulis suis ait.
Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt vidē
tes opera vra bona, magnificent p̄rem vestrum
qui in celis est: per christū dñm nostrū. Amen.

Sermo secundus beati Maximi epi de quadragesima

Odistis charissimi sicut euangelica tu
ba cecinit dñm ac redēptorem nostrū
aduersus temptamenta diaboli relu
tantem quidem verbis: sed spiritu
dimicantem. Sermone enim certamē
agit: sed peragit mirificate victoriam. Nec si
ne ingenti mysterio huiusmodi putemus esse con
flictum, in quo aut astutius diabolus in vbo
prozupit: aut rerum dīs tēptatori suo verbis
nichilominus respondere dignatur. In hōb aut
omnibus nostre salutis est ratio. Nobis saluā
tor esurit: pro nobis loquitur. Nos in illo vincimur
quia nos ei causa sumus pugnandi. Nam quis
ambigat unigenitum patris, cui nulla obuiare
poterat creatura, pro illis misse certamen, quorū
se carne vestiuit? Humani igitur corporis forma

batur oño: publicanus vero ac ſumiſſus ac humilis
vacat pro pctis ſuis veniam poſtulans iuſtificatior ſe intra
te phariſeo deſcendit. In quo im
(11)— hoſtem callidiſſimum prodire ſuaſit ad prelium:
iſquem verus dei filius, veri hominis reſponſione
confudit. Propter quod errabundus et anxius
temptator mollia ſuſpenſaq; tẽptamenta rimat.
quia licet carnalis viri ſpeciem contẽplaretur in
chriſto: pnia tamen diuinitatis eius cõtritatus
ſuſpicabatur eum plus eſſe quam hominem. A
nimabat itaq; illiu preſumere congreſſum parto
femineus: ſed terrebat ũginitas parientis. Qua
uis enim chriſtum maria eue vtiq; filia peperiſſet:
non tamen eum conceperat de adam. Cum ergo
videret mimicus filium tanta per miracula pro
creatum: voluebat ſecum ut arbitror, atq; admirãs
dicebat. Quis eſt iſte qui neſciente me huc ingreſ
ſus eſt mundum? Noui quidem quia de femina
natus eſt: ſed neſcio vnde conceptus. Aſtat certe
mater: ſed patrem inueſtigare non poſſu. Partu
video: ſed non agnoſco naſcentem. Et quod ſtupo
ri meo accreſcit: incõſueta lege pariendi, etiam
edito filio mater exultat ut virgo. En iacet in
cunabulis paruulus. ſuffundit lachrimis vul
tu: ſimileq; ſe eſſe mortaliu vagitibus prodit. Et
cum nichil ei de infantia deſit: nulla tamen illi
eſt velut in infante corruptio. Nanus obſcuris
ſordet, ſed celum illi radio ſtelle letioribus arridet.
atq; in honorẽ ipſius miniſtrantes ei angeli in
ter ſydera terraſq; concurrunt: et exultantes an
nunciant quam non intelligo nouitatem. Quid
hoc miraculi eſt? Video quod aduertere nequeo.
ſtudio quod ſuſtinere non poſſum: ut hõ natus,
honoratur ut deus. A ſeculis nunq; michi hoc con
tigit: ut quiq; naſceretur homo, et humani vitij nil
haberet. Que hec tam noua potenſq; gnatio eſt?
Inter peccatores et impios natus, mortali etiam
de matre progreſſus: purgatior cunctis naſcẽtib9
et ipſo michi celo purior appareat. Nuptie in eo
radix nulla conſurgit. nulla cor eius pulſat in
uidia: neſcit eius lingua mendatiu. oculi eius
concupiſcentia non admittunt: nulla auriu vo
luptate mollitur. Luxuries certe per quã mihi
humanum genus ſubiecit: pectus eius nõ poteſt
penetrare. Nulla illi iactantia ineſt: nulla malicies.

Et quid plura? Nichil in eo reperio quod me de
lectet: omnes meos conatus euacuat. Quid agā?
Quo me conuertam? Fortiorem sentio: puto il
lum in regno meo velle regnare. Ne forte deus sit
iste, quem nullum potest maculare delictum?
Sed si deus esset, quo indignitates partus femi
nei sustineret? Quo esset crinis pannisq; coten
tus? Quis credere possit infantie vagitus in deo?
Cui non audienti ridiculum est, deum femineo
lacte nutriri? Post omnia erre esurit: cum utiq;
esurire deū ratio nulla persuadeat? Ignorabat
nimirum diabolus, quia quod christus nutrimē
ta perferebat infantie, quodq; esuriebat ut hō
non erat fragilitatis corporee: sed celestis gratie
sacramentum. Dei enim filius cui cū sempi
terno pre intēporalis constat eternitas, qui cū
suo genitore naturaliter impassibilis incorrup
to regnat imperio, egit in carne nra salutare
misterium, et ob hoc cōem mortalium subijt
passionem: ut inimicum gnis humani, homi
nis certamine triumpharet. Unde presumptor
ille furore suo ceratus: ait ad dominum. Si filius
dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Stultissi
ma her eius inanisq; suscepto. Per panem em
vult eum tēptare, qui paris est: estimans esse
illum penuria laborare, qui voluntariam pre
ferebat esurien. Cui respondit dominus. Scrip
tum est. Non in pane tantum viuit homo: sed
in omni verbo dei. Hoc est dicere. Frustra diabo
le iterum per escam supplantare conaris. Suffi
ciat tibi suadendo cibis illicitis in paradiso ada
per te fuisse deceptum, nec esuries me vincit:
nec tuis suasionibus credo. Voluntas enim dei
cibus est meus: verbum dei michi perfecta refectio.
Qua sententia repertussus: iterum ut estimo
dixit diabolus. Quid hoc rei est? Video illum
esurire: et necessitatem in eo manducandi non
inuenio. Dic ut homo patitur: et omnia vin
cit ut deus. Adam ille dei certe manibus factus
meis quondam cessit insidijs, hic natus e femi
na nec suis necessitatibus flectitur: nec meis
consilijs acquiescit. Illū serpentis ore superaui:
hic etiam meipsum loquentem contempsit.
Iterum stanti domino supra pinnam templi
ait. Si filius dei es mitte te deorsū. Mitte te in

quit deorsum. Qua turbatus hoc loquitur? qui putat ei se posse precipitiu persuadere: a quo nichil potuit de panibus impetrare. Cui respondet2 a christo. Scriptum est. Non tentabis dominu deum tuu. Idest hoc quod suades diabole, tentationis psumptio est, non consiliu sanitatis: iactantie vanitas non virtutis exemplum. Inane est enim omne miraculum: quod utilitatem saluti non operat humane. Et hac domini responsione cassatus: ostendit ei omnia regna mundi, et honores eoru dicens. Hec omnia tibi dabo: si prosidens adoraueris me. Cui iterum respondetur. Scriptu est. Dominu deum tuum adorabis: et ipsi soli seruies. Idest qui te demon adorauerit: non ei regna sed supplicia debentur. Adorare nam deum verum eique seruire: prerogatiua regnandi est. Tu autem qui mundi honores expetita preuaricatioe promittis: nec regnum dare posse te nouerit. Et cum temptator trina iam interrogatioe nichil profecit? incertus venit: redijt incertior. Aggressus est ut probaret: reprobatus abscessit. Ergo nunc fratres charissimi, quia iciunantibus domini victorias recensentes, triumphum nostre salutis agnouimus: iciunia nostra religiosis sanctificemus obsequijs. Quid autem aliud est sanctificare iciunium? nisi iciunij causa sancta velle, iusta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille iciunium? cuius cor adulatio potentum amicorum, parentum gratia, clientum etiam parua magnaue munuscula a recti tramite non auertunt. Sanctificat iciunium suum: cuius iustitia pretio non vilescit. Sanctificat ille iciunium: qui flamas seuicie ire cundie mansuete mentis placabilitate restrigit. Sanctificat iciunium: qui lasciuientes oculos turpi ab aspectu habenis castitatis auertit. Sanctificat iciuniu: qui conuitiorum iacula scuto patie repercussa dispergit. Sanctificat iciunium: qui litigantum tumultus, pacifici sanitate sermonis, et lingue prudentioris arte copescit. Sanctificat iciuniu: qui consurgentes in semetipso vanarum cogitationu spinas, euangelico sulcante vomere, velut quidam pectoris sui arator exstindit. Sanctificat iciuniu: qui inopias egentiorum pro quantitate substantie sue miseratis manibus humanitate consolat. Apprime sanctificat

ille ieiunium: qui per omnia ꝓceptis diuine legis intentus, diabolica respuit temptamenta. Et ideo fratres charissimi si volumꝰ deo placita exhibere ieiunia, simus in fide fortes, in iudicijs iusti, in amicitia fideles in iniurijs patientes, in ꝯtentionibus moderati, refugientes turpiloquia: aduersus iniqua constantes, in cōuiuijs sobrij, in voluptatibus continentes, in caritate simplices, inter subdolos cauti, inter maliloquos taciti, ꝯdolentes tristibus, ꝯtumacibus resistentes: in suspitionibus parci, inter humiles coequales. Si huiusmodi virtutibus nostra voluerimus sanctificare ieiunia: tribuente dño, ad festiuitatem paschalis gre et ad gaudia celestium ꝓmissionū indubitata fiducia et conscientia letiore veniemus.

Sermo tertius beati Maximi de quadragesimali tempore.

Conflictus iste mirabilis quem inter celi regem, et regni celestis tyrannū fuisse, caritatis vre auribus sancti euangelij lectio nunc decursa testata est: dūnc nobis incarnationis triumphale misterium sonat. Omnipotens enim dns ineffabilis pietatis affectu, captiuitatem miserato humanā, simulq; volens diabolicā ptātem suo ia remouere de mundo: misit unigenitū filiū suum, non diuinitate degenerem, nō virtute dissimilem, non voluntate distordem: qui nostram suscipiens carnē, spreta ueteri conditiōe nascendi, de femina incorrupti corporis noua lege, nouus filius nasceretur: quatenus diabolus salutarem hunc hominem in cōsortiū deitatis assitum, et si ꝛptare ꝓsumeret, superare non posset. Itaq; cum videret leo ille feralis agnū dei, post longissimū atq; continuum quadragintā dierum et noctium ieiunium esurire, et esurientem deū esse non crederet: arte illum callidissime ꝛptationis aggredit dicens. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Cogitabat ut estimo apud se tanti artifex doli: et dicebat Si hic ipse est, cuius precepto esurientibus per deserta populis manna fluxit e celo, si ipse est quem nouī ego flumina produxisse de petra: poterit nunc in panem lapides transformare: et si nō mea petitiōe, sua tn necessitate qui esurit.

Quod si fecerit deum probabo: si negauerit hominē
deprehendam. Expectabat ergo diabolus panē:
quem non tā sibi acquirere, quam mundo cō
batur auferre. Sed rerum dñs qui et panem de
lapide posse facere, et exploranti humane nol
let salutis claresceret sacramentum, sic suo mode
ratus est sancto in ore respōsuro: ut nec ipse qui
veritas erat, mendatiū loqueretur: nec ille qui
ab initio mendax est, quam non erat creditur⁹
posset agnoscere veritatem. Ait ergo illi dominꝰ.
Scriptum est: non in pane tantum viuit homo
sed in omni verbo dei. Accepit tēptator ex lege rur
sum: cui cōtraire non posset, quia accepit pānem:
quem non manducandi consuetudine, sed decī
piendi fraude postebat. In quo enim filius dei
panem necessarium haberet humanū? cui oīs e
rat propria in diuinitate substantia? Vel qua
ratione amplius de lapide christus terrenum
faceret panem? cum ipse sicut legitur spirita
lis et panis esset et lapis? Illusus itaq; irrisus tēptator: aliam machinā tēptationis aggredit.
Nam cū secreto suo archanoq; consilio staret do
minus supra pinnā templi: ait illi diabolus.
Si filius dei es: mitte te deorsum. Quam stulta
hec suasio nimiūq; peruersa: vt filio dei diceret
mitte te deorsum. Nunquid non rectius dixisset
si filius dei es ascende ad celos? Quod vtiq; si fa
ceret dñs: vere illum dei esse filium cōprobaret.
Sed inimicus veli, ne tēptando quidem, assensū
vult suadere celestem, deorsum et in ima pro
uocat: quia optat oēs cadere, qui se sentit pre oī
bus recidisse: nec intelligit certus, quia illi cona
tur ruinam suadere: qui non solum cadere non
pt, sed ruinas venit emendare lapsorum. Dñs
enim vt certum est erigit elisos: dñs soluit com
peditos. Qui ergo venerat non decipi, sed decepta
saluare: explorantis artem tanta mensura cau
tissime responsionis euacuat: vt tenebrosus hos
tis non solum misterium pro nobis propositum
videre non posset: sed magis magisq; ensis domi
nicis circūactus, obscuriore confunderet incerto.
Ait cui illi spiritalis pugil bellator inuicte. Scriptū
est. Non tentabis dominum deum tuū. Qua
simplex in hac tensione prudentia, et cū circūspec
ta simplicitas: per quā nec veritas reticetur:

nec reprobus potest probare q̃ vera sunt. Vere ut
scriptum est, lux in tenebris lucet: et tenebre eam
non cõprehenderunt. Audit diabolus deum nõ esse
tẽptandum: non tamen agnoscit deum hominẽq̃
esse quem tẽptat. Videt enim pariter christũ et
vndere que hominis sunt: et posse que dei sunt.
Sed nequitie eius nec ista sufficiunt: tertie adhuc
tentationis laqueos nectit. Duxit inquit illũ
in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia
regna mundi, et honores eorum dicens. Hec oĩa
tibi dabo: si prosternens adoraueris me. Sollicite
frẽs aduertite: quia cadere est omne quod suggerit
inimicus. Vere prosternit enim oĩs qui adorat di
abolum: et vere cadit qui ptãtes honoresq̃ mũ
di per artes sacrilegas inimico promittente sec
tatur. Sed dns ac saluator nr solita eũ vnsione
confudit dicens. Vade retro sathanas: scriptum
est enim. Dominum deum tuum adorabis: et il
li soli seruies. Sanctarum illi testimonia scrip
turarum ingeruntur: sed non vt conuertibilis
doceatur: sed vt impudens confutetur. Retro
illi abire precipit dns: vt hostis durissimus
adepta sibi iam loquendi licentia: cuius volũ
tatem agnoscere non potest, sentiat ptãtem.
Retro illi abire precipitur, mundi qui dabat reg
na: vt imperio filij dei, cui voluntarius non
credebat, subiaceret nutibus: atq̃ illũ a quo se
adorari improbe posrebat, probaret merito ab
hominibus adorandum. Et quid plura hmi?
Dum nefanda temptator loquitur, dũq̃ inpon
tessa presumit: quasi ab homine victus obmu
tuit: et quasi a deo iussus discessit. Et necesse
erat vt ab illius iam tẽptatiõe discederet, in
quo tota se mole mouens, totisq̃ nisus viribus
nec vestigium quidem sue reperire potuit vo
luntatis. Stupens atq̃ demirans post tot se se
cula inuenisse hominem, humanis cõcupiscen
tiis non habentem: natũq̃ in carne nichil pe
nitus corruptionis habere carnalis. Discedẽ
te itaq̃ retrorsum diabolo: accedentes vt lectũ
est angeli ministrabant ei. Triumphus iste
quante sit glorie: obsequia nos edocent ange
lorum. Nec mirũ sane si eius angeli minis
terijs obturuerunt: cuius victoriam mirabã
tur. Et ideo fratres si nolumus a diabolo superari:

inhereamus ei qui diabolum triumphauit. Ad
herere autem christo: est credere et paterne illi
deitatis esse naturam, et materni corporis ve
ritatem. Vincere autem diabolum ipso suffragã
te dño poterit, quicunq; salutaria precepta dei sus
pexerit, studuerit exosam cunctis tumide mẽtis
sue inclinare superbiam: radicem oĩm malorum
auaritiam coercere, mimicitiam bonarũ uirtutũ
refrenare luxurieni, hostẽ sancte charitatis inui
diam mitigare, mutilia et sepe periculosa obtrec
tantium uitare colloquia, usuramq; etiam pernu
ciosa non amare cõpendia, custodem pacis iusti
tiam muneribus non grauare, noxia factionũ
horrere cõmenta, inglorium et nõnisi cruentũ
indebiti honoris ambitu declinare, incentiua dis
cordie contumaliose lingue maledicta cohibere;
mendatia nichilominus que uitã maculant, a
nimam uulnerant, amicitias dissipant, christiano
ab ore repellere: atq; ab oĩbus superstitionibus
demonũ ydolorũq; sacrilegijs, per q̃ uel maxime
benignitas omnipotentis offenditur, uere dei amore
diffugere. Hinc ergo ab hijs atq; uniuersis huius
modi sceleribus uicijsq; iugiter ieiunemus; sce
huius quadragesime rite celebrabimus dies: et
oĩm solemnitatũ nostrarum festa epulatas cum
fiducia, leticioris conscientie, et cum tranquilli
tate temporum transigemus. Sermo quartus
Illuminaducerthe Omnes supra de quadragesima
fratres charissimi quanta nobis spiri
talis uite documenta succrescunt, ip
magnificis ad propositum sanctitatis
prouocamur exemplis: quod quadra
gesimis referuntur diebus beatus moyses et dei filij
ieiunasse. Illud sane prospicite: quod quantum
distat a dño seruus, tantum necesse est eum di sta
re ieiunijs. Moyses enim ueteris editor legis est:
christus noui conditor testamenti. Ieiunat moy
ses ut preceptis legalibus unius populi eruditi
disciplinam; christus ieiunat ut uniuersas to
tius mundi redimat gentes. Ieiunat moyses
ut presentis uite mandata suscipiat: ieiunat
et christus ut eterne salutis sacramenta restitu
at. Ieiunauit moyses ut deum uideret: ieiuna
uit et iesus ut unum se esse cum deo, dũ diabolũ
triumphat ostenderet. Moyses post ieiuniũ scrip-

tas digito dei tabulas populo pharismite cõfregit: christus suo ieunio mansurum per secula euãgelium consecrauit. Quid autem est illud quod cum uteq; quadragenos ieiunauerit dies, nõ uteq; esuriisse post ieiunium perhibetur? Moyses utiq; non esuriuit, ut in homine fragili operata diuinitas probaretur: esuriuit dei filius ut assumptione carnis nostre, fragilem susceptisse hominem reuelaret. Quod non esurit moyses celestis est possibilitatis exemplum: quod esurit christus nostre redemptionis est sacramentum. Huiusmodi enim diis peregit in sua carne misteriu, ut sicut deus esse diuinis uirtutibus creditur: ita et homo esse, infirmitatibus demonstratur humanis. Et hinc est quod christus ut hõ esurit: et esurientes pãstit ut deus. Hinc est quod fatigatus itinere: et claudis uirtutem tribuit ambulandi. Hinc quod oculos lauat suos in lachrimas: et mirabiliter cecis rẽformat aspectum. Hinc quod appropiante morte tristatur: et mortuum lazarum suscitat de sepulchro. Ipse omnis creãs conditor: ac redemptor nr ut dẽs et homo agit, nõ quia talis illi nascendi necessitas fuit: sed quia tale in celo et in terris uoluit regnare misterium. Illud etiam quante est admirationis in christo quod ita ad oia temptatoris interrogata respondit, ut nec ueritatem regni sui tyranno prodoret: nec misterium susceptẽ carnis explorator agnosceret. Tanta denig; sermonem suum subtilitate circumtulit: ut ille totius doli artifex inimicq; furoris sui errore deceptus, dum christum temptat ut hominẽ, deũ in homine non uideret. Nos uero fratres quibus propugnator inuictus, hanc uenerabilem quadragesimam dedicauit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra ieiuniis: ut animas uirtutibus saginemus. Ieiunet in nobis pernitiosa luxuries, ieiunet dis iniquitas: ieiunet odiosa contentio. Abstineamus ab epulis: magis abstineamus a uitiis. Sic nos temperemus, sic sobrij simus agio: ut nulla nobis uoluptatũ dicatur ebrietas. Quid enim prodest obseruatione quadragesime dierũ ieiunandi nos tempora custodire, et legem non tenere ieiunij? Quid prodest nobis uacare a conuiuijs, et diem litibus occupare?

Quid prodest proximum non edere panem? et vic
tū diripere miserorum? Jeiunīū christiani: egē
tis debet esse refertio. Jeiunīū christiani? parem
debet nutrire non iurgia. Quale autem illud
est, quod non peieris cruribus? et de ore tuo oī es
ca fœdius egreditur maledictum? Quale ꝓ
sanctificatur venter ieiunio? et pollutā linguā
mendaciis? Recte sane frater frequentabis ecclām:
si gressus tuos letalibus laqueis auidā illa nō implī
cet et involuat usura. Recte oratbis dominū tuū:
si precibus tuis obuiat tibi cordis tui non obsistat
liuidia. Recte contundas manibus pectus: si o
nem inde furorem malignę voluntatis extruse
ris. Juste enim debes dispensium pauperi: si nil
illum pauperi non tuliſti. Quæ ergo est huiꝰ re
ligiosa esuries? hic fidelium pastus animarum:
vt ieiunium nem sanctificet castitas, ornet pa
tientia, benignitas foueat, mia letificet, cōmē
det humilitas. Hijs quadragesimam christi, prout
possumus uirtutibus subsequamur: vt genuino
quodam corporis atq; ieiunio diuine nobis sper
gratie cōmendemus.

Sermo quintus beati Max
imi de quadragesima

Spectatum est deo nostro
ihesu christo, hoc quod lectum est cum
temptatore certaminem, nostre securitati pro
spexit christus saluatiꝰ profecit, quia quos
olim apud paradisum persuasione ser
pentis pna prevaricatio deiecit in mor
tem: dominicy nunc triumphus erexit ad vitā.
Nobis utiq; uicit: qui dignatus est esurire pro no
bis. Aggreditur itaq; diabolus temptare christum? ex
plorator sollicitus, si forte illum dei esse filium de
prehendat: cui nullū corruptionis sue vidit mes
se vestigium. Miratur pariter ac turbatur huius
modi in hoc seculum aduenisse hominem: qui
natus quidem esset de femina, sed non esset ab ho
mine procreatus. Suspicatur illū dei esse filium:
quem continuatum quadraginta dierum videt
explicuisse ieiunium. Sed rursus dubitat diui
nam illi inesse naturam: quem quasi infirmū
inter ceteros homines perspicit esurire. Stupet
attonitus quę sit ista nouitas: humanū nō ha
bere patrem, et hominē necessitatem pernatoris ho
minis sustinere. Christus autem dominus redep
toriꝰ noster, vt perditū infirmiꝰ renouaret ad

deum, esuriem, lassitudinem, merore, et oia in se humani corporis infirma suscepit. Inter ista ergo diabolus dubius et incertus: hoc cum esuriente dño sermone congreditur. Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant. Stultus et audax qui putaret dei filium diabolica voluntatem edendi necessitate facturum? quasi vero impossibile ei esset in panem lapides cõmutare: qui quondã sitientibus in deserto populis de petra arida largissima aquarum fluenta prẽdidit. Aut esurienti sibi post quadraginta dierum ieiunium esam sibi non poterat prouidere? cuius precepto ut innumerabilis multitudo hebreorũ exercitus pasceretur, celestia de nubibus alimenta fluxerunt? Sed vere o potens unigenite, qui nostram magis esuriebas salutem? tali tẽptato rem suã trusione confudit. Non in pane tantum viuit homo: sed in omni verbo dei. Quo trusa tartarii ut explorator qui incertus venerat, incertior redderetur? inestimate prudentie dño, nec in esse sibi esurienti denegauit: nec mandurandi necessitatem se habere professus est. Non inquit in pane tantum viuit homo: sed in omni verbo dei. Hoc est, et si ego esurio: michi tamen diabole non est necessarius panis, qui ex tuo cõsilio tuaq; voluntate descendit. Desiit quidem esuriem corporeus panis: verbum autem dei fidelibus substantiam sempiterne salutis operat. Sed doceri nescius minister: stanti dño super pinnã tẽpli iterum ait. Si filius dei es: mitte te deorsum. Scriptum est enim quod angelis suis mandauit de te ut manibus tollant: ne unq; offendas ad lapidem pedem tuum. Subdit te inquit te deorsum. Diabolice est cõsilium fratres karissimi precipitium persuadere? sed obedire ei ille non poterat, qui cadere nesciebat: nec quicq; de dño susceptor ipetrat quia non sunt religionis eius verba sed fraudis. Quem redemptor humani generis virtus telo sententie celestis venerabat dicens. Scriptum est: non tẽptabis dñm deum tuum. Qua trusione ne quid manifesta veritate auctor falsitatis audiret, verborum sensuq; moderator dño, ex alto se dare, nec prodidit se posse, nec nõ posse mentitus est: sed scriptũ est ait, nõ tẽptabis

dominum deum tuum? idest deum teptat: qui iactantie sue vitio superfluam et inutilem vult ondere virtutem. Quid enim utilitatis habet quid commodi confert? si preceps hinc in plana descendero? Aut cur adulationis hec teptamentis ista persuades? cum tui sit operis de superioribus corruentem ad inferiora deicere? Post hec vero ut lectio decursa testatur, duxit illum in mo tem excelsu: et ostendit ei oia regna mundi dicēs. Hec omnia tibi dabo: si prostrans adorauerit me. Ut fallax deceptor offert quod nō habet: et ut vere cernis, celorum dñō, terrarum regna promittit. Hec oia inquit tibi dabo: si prostrans adorauerit me. Vere prostrauit et cadit: qui nō largiente deo sed ad nutum diaboli acquirit seruili dignitates. Respondit autē ei dñs. Vade retro sathana: scriptum est enim. Dominum deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Justissime retrorsum abire precipitur, qui teptando ad hoc usq; pernenit: ut se ab adorando dei filio posteret adorari. estimans quod christus, q̄ deitatis laudis sue sub teptione non potuit: indignatione geste cōtumelie se prodoret explorantis. Sed fortissimus propugnator, qui pro vita ac libertate nostra, aduersus tyrannum fuit, nouū bellum gerebat, nec molli adulatione frangitur, nec duriss̄imis minis cōmouetur: sed ita ad q̄a inimici teptamenta rndit: ne posset in uno eodēq; deo et homine celestib mysterij deprehendere sacramentum. Et i deo stratos dñi retrorsum victorieq; exēplum sequentes, et diabolicas pretantes insidias: horum quadragintā dierum acceptabile deo nostro ieiunium celebremus. Tunc em dolos aduersarij superare poterimus, si continuatis precibus, aut per castra ieiunia, corporis vitia repellamus? aut cor nostrum ab omni vanitate et ambitione purgemus: ut ait ipse saluator. Hoc genus nō ejicitur: nisi in ieiunijs et oōne. Bene autem ieiunat: qui fruitur esurien sanā refecti pauperis satietate sustentat. Bene ieiunat: qui diuini verbi edacitate iuditij semetipsum refrenans, ab oi se illecebrarum voluptate suspendit. Bene ieiunat: q̄ turpem suam vitiorum germina pullulantem: sanctarum meditatione virtutū, et sobrietatis a more castigat. Bene ieiunat q̄ offensas iniurias

pacifici pectoris lenitate dimittit. Dentissimum deo defert ieiunium: qui mentem suam a prauis cogitationibus, oculos a concupiscentia, linguam manusq; a lite custodit. Et post omnia frater bestie eris, et bene esuries panem, ac sities poculum: si christiane mentis affectu repetis esurire et sitire iusticiam: sicut ipse dominus dixit. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quia ipsorum est regnum celorum. Propter quod charissimi si volumus diabolum superare cum christo, si desideramus transeuntis e seculo regnare cum christo, si optamus sacratissimam resurrectionis diem letis animis celebrare, ab esca quidem vel a potu pro viribus temperemus: et quibus autem totis viribus ieiunemus. Feria ᵃrta post ima dominica quadragesime. Sedm Matheū

In illo tempore: accesserant ad iesum scribe et pharisei dicentes, Magister: volumus a te signum videre, et respondens ait illis. Amelia ⁊ soc⁹ eius de

Generatio prava signum querit: et signum non dabitur ei, nisi signum Ione. Generatio mala et adultera iudeorum dum signum de re lo endi sibi infideliter querit: signum eorum quod solum ad salutem credentibus datum est, scripsere in fronte non meruit: illud vtiq; signum, de quo scriptum apud ysaiam est. Tollite signū in nationes. De quo et apud ezechielem scriptum manifestissime legimus cum dicitur. Transi per medium ierusalem: et da signum in frontibus virorum, qui gemunt super iniquitatem plebis mee. Et postea dicit dns. Vte perimite omne masculū et femina, a minimo vsq; ad maiorem eorum: et senioꝛi nolite parcere. Super quem autem inueneritis signum meum dimittite: et ab ipsis sanctis meis incipite. Videre ergo hoc signū saluatore in quo solo salus et vita est, pharisei et saduchei intelligere aut cognoscere voluissent: nunquā signum postulassent aliud. Scripsit tamen signum Ione: in quo manifestū passionis et resurrectionis dñice misterium demonstratū est. De quo iam dicti in superiore parte non mediocriter diximus. Hic quoq; eiusdem Ione mentio facta est, repetere ea q̄ sunt dicta debemus:

ut ex iterata repetitione, iterate gratiam fidei cō
sequamur. Jonas missus predicare niniuitis
tepestatem nauis patitur: et filius dei missus
a patre ad predicandam generis humani salu-
tem, simili exemplo tēpestatem nauis, idest per
secutiones sēculi a populo iudayco sustinet. Il
lic ventus contra ionam concitat mare: hic spūs
immundus aduersus dominum concitat plebem.
Deniq; sicuti nauis illa in qua ionas erat, orta
procella, diuersis tempestatibus iactabatur: ita
et synagoga in qua dns erat, ad inferendum pe
riculum mortis diuersis spiritibus immundis a
gebatur. Sed sicuti ionas in illo periculo secur9
et dormiebat et stertebat in sompno: ita et dns in
illo periculo synagoge, per diuine nature sue vir
tutem, securus in passionis sue sompno quieuit.
Jonas missus in profundum maris a cete arri
pitur: et dns similiter a morte exceptꝰ est. Sed
sicut ionam cetus ille nec digerere, nec diu potu
it intra se retinere viuentem: ita et mors inui
da quidem excepit dominū, sed quia vltra viue
tem et incōprehensibilem intra se retinere non
poterat: reuomuit eum die tertia sicuti cetus io
nam. Consueta nāq; mors semper mortuos e
dere et digerere: viuentem dominum nauseia
ta reiecit. Et reuera digerere eum non valebat.
Petra enim erat: dicente apostolo. Petra aute
erat christus. Et ionam quidem cetus gluties
solummodo reiecit: mors autem exipiens dūm,
non solum ipsum, sed multos cum eo euomuit.
Multa enim corpora sanctorum resurrexisse cū
domino legimus. Sicuti solent aliquanti con
trarias potiones accipere vt ea que intus hūt
reiciant: ita et morti contigit. Accepit corpus
dni tanq; contrariam potionem: vt et alia cor
pora que tenebat euomeret. Gluciens nāq;
mors corpus domini, non vulnerauit carnem,
sed ipsa potius vulnerata a carne est: qa caro
illa non erat talis que deuorari possit a morte,
sed erat gladius petrinus incidens gulam mor
tis. Unde in corpore domini erravit: et decep
ta est mors. Aperuit quidem fauces suas. Pu
tabat enim quod sicuti primum adam excepe
rat et deuorarat: ita quoq; secundum adam
posset accipere ad deuorandum. Sed deluſa est

per dominí carnem. ꝓstam dū capere et deuozare
cupit: ipsa potius capta est et deuozata. Absorta
est enim mors in victoziā: ut scriptum est. Ubi
est aculeus tuus mors? Ubi est mors victozia tua?
Feria sexta post prīa dñica quadragesime secundum Johannem.
In illo tempore: erat dies festus iudeozū, et ascendit
ihesus ihezosolimam. Et reliqua. Omelia vnlis bede
Do paviter miracula
humane sanationis hodierna nobis
sancti euangelij lectio tradit. vnum
inuisibiliter per angelicam ministra-
tionem: alterum per dñicā presentiā
visibiliter exhibitum. Sed utriusq nobis simul
breuiter exponenda ministeria: ne prolixe lectiōis
prolixa quoq explanatio, cuiq sezte grauis ex-
istat. Dzobatica piscina que quinq porticibus
cingebatur, populus est iudeozum legis vndiq
custodia ne perire debent munitus. Recte etenim
lex que quinq libris moysi descripta est: quinario
numero figuratur. Recte populus q̄ in quibus
datum solebat inmundozum spiritum tēptamen-
tis agitari, per eā significatur piscine. q̄ nūc
placida ventis stare: nunc eis irruētibus tur-
bari consueuerat. Et bene piscina eādem pro-
batica vocatur. Probatos quippe gressu, oues dici-
tur. Erant nimirum in illo populo: qui dicere
dño nossent. Nos autem populus tuus, et oues
gregis tui: confitebimur tibi in secula. Vulgo
autem probatica idest pecuaticis piscina fertur
appellata: quod in ea sacerdotes hostias lauare
consueuerint. Multitudo languentium que in
memoratis porticibus iacebat atque motum ex-
spectans: significant cozū caterue, qui legis vbi
audientes. sub se haut viribus implere non pos-
se dolebant: atq̄ ideo dñice auxilium gre totis aie
affectibus implozabant. Ceci erant: qui nondum
perfectum fidei lumen habebant. Claudi: qui
bona que nouerat, operandi gressibus implere ne-
quibant. Aridi: qui quālibet oculum scientie ha-
bentes: pinguedine tm spei et dilectionis egebant.
Tales in quinq porticibus iacebant, sed non nisi
in piscina angelo veniente sanabantur. quia
per legem cognitio peti: gra autem remissionis
nō nisi per iesum christum facta est. Iure desig-
nat angelus: q̄ inuisibiliter descendēs in piscinā

ad suggerendam vim sanandi mouebat aquas.
Descendit in aquam carne indutus magni cō
silij angelus, idest paterne uoluntatis nuncius
in populum iudeorum: et mouit peccatores
factis ac doctrina sua: vt occideretur ipse, qui
sua morte corporali non solum spiritaliter la
guentes sanare, sed mortuos viuificare suffice
ret. Illotus ergo aque passionem dñi: que mo
ta turba iudeorū facta est insinuat. Et quia
per eandem passionem, redempti sunt credentes
a maledicto legis: quasi descendentes in aquā
piscine turbatam sanabantur: qui ea tenus ia
cuerant in porticibus egroti. Legis siquidem li
tera: nescientes quid agendū, quid vitandum es
set edocuit. Hec tamen edoctos vt sua decreta cō
pleretur admonuit: quasi edoctos de sedibus igno
rantie prioris in porticibus suis continebat, nec
sanabat languidos. Gratia autem euāgelij,
que per fidē ac misterium dūice passionis sanat
omnes languores iniquitatū nostrarum, a quibus
in lege mōysi non potuimus iustificari: quasi
eiectos de porticibus legis egrotos in aquam pis
cine turbidam, vt sanari possint emittit. Quia
a prīb que lex onderat, per aquam baptismatis
abluit testante apostolo: quia quicūq baptisati
sumus in christo iesu, in morte ipsius baptisati
sumus. Consepulti enim sumus ei illo per bap
tismum in mortem vt quo surrexit christus per
gloriam patris a mortuis: ita et nos in nouitate
vite ambulemus. Bene autem dicitur qui pri
mus descendisset post motum aque sanus fie
bat a quocūq languore tenebatur: quia vn9
dominus, vna fides vnū baptismā: et qui in
vnitate catholica christi misteriis imbuitur: sa
nus fit a quocūq languore peccatorum deti
nentur. Quisquis autem ab vnitate distrepat:
salutem que ab vno est consequi non valet. Hec
de primo euangelice lectionis miraculo, quod
dominus dedit loqui: nunc de secundo quod
ipse dederit fraternitati vestre loquamur. In
quo et ipso vnus cōmendatur sanctus: non quia
omnipotentis pietas salutaribus, omnes quos ibi
languentes inuenit sanare nequiuit: sed vt do
ceret preter vnitatem catholice fidei, nullum
cuilibet loco patere salutis. Erat aut ibi ho

inquit ibi: triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Iste multorum infirmitate detentus annorum, significat peccatorem quemlibet enormi sceleris magnitudine vel numerositate depressum: cuius significando tempus, etiam modo temporis quo iste languebat congruit. Iam diuos de quadraginta annos habebat in infirmitate minus. Quadragenarius autem numerus ideo qui denario quaterducto constituitur, pro perfectione recte conversationis solet in scripturis accipi: quia quisque perfectas conversationes legit: legis profecto decalogum per quatuor sancti evangelij libros implet. Aliam minus perfectionem diuinus habet: qui a dilectione dei et proximi quam legis peritus et evangelij scriptura commendat vacuus incedit. Quod etiam mystice dns sanat infirmum docuit, cum ait. Surge tolle grabatum tuum et ambula. Surge enim dicit vitiorum torpore in quibus diu languebas exute: et ad exercitia virtutum, quibus perpetuo salueris erigere. Tolle grabatum tuum. Porta diligens proximum tuum patienter eius infirmitatem tolerando: quia adhuc temptationis fasce depressum diu patienter sustinuit. Alter enim alterius onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Dicit alibi dicit. Sup portate inuicem in caritate: solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Ambula autem tota corde, tota mente, tota virtute deum dilige: ut ad eius visionem pertingere mereare, quotidianis meritis bonorum operum passibus de virtute in virtutem proficere. Fratres quem sustinendo dilectas ob amorem eius ad quem pergis, nec ob fratris amorem illius ad quem pergis desertens, nec ob fratris amorem cum illo manendo ei quo manere desideras, intentionem recti itineris auertens. Sed ut perfecte possis saluari, surge tolle grabatum tuum et ambula: id est relinque pectora pristina, necessitatibus fratrum subuenire. et in uniuersis que agis, uide ne in hoc seculo mentem figas: sed ad videndam faciem tui festines saluatoris. Surge bona operando. Porta grabatum tuum, diligendo proximum: et ambula exspectando spem beatam, et reditum glorie magni dei. Sed mira perfidorum

dementia, qui ad tam inopinatã diu languentib
sanationem credere ac spiritaliter sanari debue
runt, econtra scandalizantur, et saluato pariter
ac saluatori calumpniab struunt: saluato quidẽ
quia sabbato grabatum tulerit, saluatori autẽ
quia sabbato et illum saluari et grabatũ tolli
precepit: quasi melius ipsi de sabbato, quã tota
diuinitatis potentia nosset. Dicebant iudei illi
qui sanus fuerat. Sabbatum est: nõ licet tibi tol
lere grabatum tuum. Litera legis stulte defendebãt,
ignorando dispensationem eius, qui legis quõdã
edictũ per seruum decernens, nunc ipse aduenies
eandem legem grã mutare disposuit: vt quod
iuxta literam diu carnales carnaliter obseruabãt,
deinceps spirituales spiritaliter obseruandũ cognos
cerent. Sabbato quippe carnali, quod iuxta litera
custodiebatur, populo ab oi opere seruili die septi
mo vacare preceptum est: spirituale autem sabba
tum est, in luce gratie spiritalis, que septiformis
accipitur, non una sed omni die nos ab inquietudi
ne vitiorũ manere feriatos. Hi em iuxta vocem
dnicam, omnis qui facit peccatũ, seruus est pcti:
patet liquido quia peta recte seruilia intelligũt.
In quibus quasi in die septimo, in perceptiõe gratie
spiritalis immunes intedere iubemur: nec solũ
a prauis abstinere, sed et bonis insistere factis. Ad
in hac quoq; lectione dns typice ostendit: cũ eum
qui duo de quadraginta annos languebat, in die
sabbati non solum surgere verũ etiam grabatũ
tollere et ambulare precepit: videlicet insinuãs
eos qui longo vitiorum langore tabescunt, ac
dei ac proximi dilectione tumes, quasi a perfec
ta virtutum summa duo minus habent, iam per
donum sancti spiritus posse a vitijs resurgere: eo
rumq; discusso torpore, cum frẽ dilectionis honore
ad visionem debere sui properare conditoris. Ad
autem ib qui sanatus est ihesum non turbat ad
huc positus, sed post in templo cognoscit: mistice
nos instruit, vt si vere conditoris nostri gratiã
cognoscere, si eius amore confirmari, si ad eius
visionem peruenire desideremus, fugiamus sol
liciti turbam, non solum cogitationum artuumq;
prauorum, verũetiam hominum neq;, qui nrã
sinceritatis possint impedire propositum: vel
mala videlicet exempla sua monstrando, vel bo-

nia nostra opera deridendo, aut etiam prohibendo. Confugiamus sedulo ad domū orationis: ubi secreta libertate dominum inuocantes, et de perceptis ab eo beneficijs gratias agamus: et de percipiendis humili deuotione precemur. Immo etiam ipsi templum dei sanctum in quo venire et mansionem facere dignetur, existere curemus, audientes ab apostolo quia corpora vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est. Inter que diligentius intuendum est fratres mei: qd veniens in templum quem sanauerat dominus ait illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quibus verbis aperte monstratur, quia propter peccata languebat: nec nisi dimissis eisdem poterat sanari. Sic quoq; ab infirmitate: ipse etiam intus saluauit a scelere. Unde et caute premonuit: ne amplius peccando, grauioris sibi sententiam damnationis contraheret. Quod no ita sentiendum est: quasi omnis qui infirmatur ob peccata infirmetur. Quum sepe enim modis in scripturis infirmitas corporalis hominibus data reperitur. Peccatoribus videlicet ut vel corrigantur per penam: vel si corrigi non merentur, etiā in hac vita qualiter eterna morte dāpnandi sunt appareat. Justis vero ut vel maiorem patientie palmam percipiant: vel infirmitatibus admoniti, humilius iustitie meritum seruent. Plerisq; autem ob hoc aliquotiens infirmitas datur carnis: ut in eorū sanatione, vel domini saluatoris vel sanatorum etiā latius gl'a virtusq; patescat. Nam quod pctores ob querendā mentis incolumitatē, infirmitate plectantur corporis: testatur hodierna lectio, ubi sanatus qui languerat audiuit. Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Testatur et illa in qua sanādo dns paralitico dixit. Confide fili: dimittuntur tibi peccata tua. Quod hij qui in grauioribus suis flagitijs inuoluti, neq; ad veniam peruenire merentur, aliquotiens etiam in presenti initium sempiterne dāpnationis accipiant, pena prodit herodis regis: qui ob verum blasphemie, ante oculos viuentium consumptus a vermibus expirauit: illuc vtiq; post mortē properās, ubi v

nis eius non moreretur, et ignis eius nō extingue
retur. Quod iusti ob amplificandam patientie
sue palmam doloribus afficiantur corporis, uti
iob indicat hystoria, cui cum nullus esset simi
lis super terram: penas corporis quas aduer
sarius inanis grauiores poterat excogitare,
non pro diluendis reatibus, sed pro augendis
meritis mira constantie uirtute superauit.
Quod item iusti ob custodiam humilitatis, disci
plina feriuntur egritudinis: ostendit apūs qui ait.
Et ne magnitudo reuelationū extollat me: da
tus est michi stimulus carnis mee, angelus sathā
ne qui me colaphizet. Unde iterum dicit. Liben
ter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut
inhabitet in me virtus christi. Quod ob ostendē
dam conditoris sanctorūq; eius gloriam, nōnulli
sepe languescunt: ipse manifestat qui de cero na
to discipulis scisitantibus ait. Neq; hic peccauit
neq; parentes eius ut cecus nasceretur: sed ut
manifestentur opera dei in illo. Et de lazaro
languente sororibus infirmitas inquit hec nō
est ad mortē: sed pro gloria dei, ut glorificetur
filius dei per eam. Verū quia nobis utrū propter
augenda merita bona, an propter mala minora
da puniamur incertum est: curādū sūmopere
est, ut quotiens molestia corporis pulsamur, ad
discutienda protinus mētis nostre intrina rede
amus, et quicquid nos contra voluntatē auctō
ris nri egisse reperimus, digna prīe castigatiōe
purgemus: nec prius corpori medelam quera
quam nos ad interioris hoīs puritatem perue
nisse cognouerimus: ne forte exterius adhibite
curationi carnis, obstet latens interius palitudo
mentis. Discamus flagellis pij conditoris humi
liter substerni, arbitrantes nos minus pati quā
meremur: semper illius prīe memores, quia beat⁹
homo qui corripitur a dño. Et ipse in apocalip
si: ego inquit quos amo, arguo et castigo. Longe
uo autem languore languenti interius exteriusq;
sanato, et a flagellis aperte castigationis, et a per
cussis quibus hec merebatur erepto, iudei contra
intus mole languidi [illegible], iam deterius egrota
re incipiunt: persequendo videlicet ihesum, quia
hec faceret in sabbato. Persequebant autē eum
quasi legis auctoritatem, simul et diuine opera

tionis exemplā seruti. ¶ quia et dñs sex diebus mūdi
perfectā creatione, septimo requieuit ab oīb⁹ opib⁹
suis, et populū sex diebus operari, septimo vacare
p̄ceperit: non intelligentes, quia carnalia legis
decreta, paulatim erant spiritali interpretatione
mutanda, apparente illo qui nō tantū legis lator,
sed et finis legis est christus ad iustitiam
omni credenti, neq; aduertentes quia conditor, in
die septima non ab opere mundane gubernatiōis
et annua immo quotidiana creaturarum insti-
tutione cessauit: sed nec maximū illud sabbati
misterium cognoscentes, quod vel ipse dominus
feria sexta crucifixus, operatusq; salutē nr̄am in
medio terre, id est carnis quam assumpserat sep-
tima requieturus erat in sepulchro, donec octaua
resurgeret. ¶ vel sancti illius post sex huius seculi e-
tates, in quibus bona operando laborant, septimā
quietis animarum in alia vita percipiunt: do-
nec in octaua resurrectionis corporum quoq; in
corruptibilium receptione donent. ¶ Verum indoctis
legis defensoribus quid ipse gratie simul et legis auc-
tor respondeat, quia cernitem eorum rationis vir-
tute frangat: audiamus. ¶ Pater meus inquit
usq; modo operatur: et ego operor. ¶ Quod non
ita dictum est, quasi patre eatenus operante,
ipse tunc post patrem operari inciperet: sed ita
potius quia ab initio creaturarum patre semp
operante, ipse eadem opera cum eo pariter ope
retur. Vt enim scias deum patrem non primis
tantū sex diebus, sed usq; modo operari: lege il
lud prophete. Priusq; te formarem in vtero no
ui te. ¶ Et in psalmo. ¶ Qui singillatim corda
eorum finxit. ¶ Et alibi. ¶ Qui operit celū nu
bibus, et parat terre pluuiam. ¶ qui producit
in montib⁹ fenum: et cetera huiusmodi. Notā
dum quippe quod non peteviti temporis vbum
posuit dicens, qui operuit et parauit et produx
it. ¶ vt quotidie patrem operari demonstraret:
nec minus sabbato quam ceteris diebus. Vt
filium pariter cuncta operari non dubites: re
cole illud psalmiste. ¶ Qui dixit et venit cyno
mia et scinipes. ¶ dixit et venit locusta et bru
chus: dixit et stetit spiritus procelle. Si enim
ipse dixit et facta sunt: per verbum vtiq; fecit.
Verbum autem p̄ris filius est: de quo iohannes

tit, omnia per ipsum facta sunt. Ita psalmista
tum non solum primordialem mundi creationē,
sed et quotidianam creature gubernationem, ad
laudem creatoris referret: ait inter cetera. Quā
in sapientia fecisti. Dicit christum dei virtu-
tem et dei sapientiam recte confitemur, et omnia
in sapientia fecit ac regit deus: constat nimi-
rum quia pr̄ usq; modo operatur. Ergo pater
meus inquit non sex solum ut putatis primis
diebus operatus est: verum usq; modo operatur.
Operatur et filius? non nouum creature gen⁹
instituendo: sed que in principio creauerat, ne de-
ficiant propagando. Et ego operor subauditur
usq; modo: cum eo iuncta disponens regens ac
cumulans. Ac si aperte diceret. Quid michi in-
uidetis? Cur me vituperatis rei legislatorē &
quod in forma hominis, salutem unius hominis
operatus sim, qui in natura diuinitatis, una cū
deo patre totum genus humanum, immo totā
mundi machinam, et cunctā visibilia et invi-
sibilia quietus semper operor? Sed ipsi talis ac
tanti misterij minus capaces, propterea magis
querebant eum interficere? quia non solum sol-
uebat sabbatum: sed et patrem suum dicebat
deum, equalem se faciens deo. In eo maxime
dolebant, quia se dei filium credi voluisset: idest
gratia non optatum ut ceteros sanctos, quibus
loquitur prophetā, ego dixi dij estis, et filij excelsi
omnes? sed naturā parem et per omnia equalē:
illum videlicet de quo ipse pater loquitur in as-
pectu filijs suis idest prophetis suis, gratis videlicet
adoptatis in filios. Ipse invocauit me pr̄ meus
es tu: deus meus et susceptor salutis mee. Et
ego primogenitum ponam illum: excelsum pre
regibus terre. Intelligebant enī interfectores
christi iudei, quod confessores nois christi intelli-
gere nequeunt arriani? in eo quod christus ait
pater meus usq; modo operatur et ego operor,
equalem se deo patri prediciasse, quia quorum
una estq; operatio, eorum esset equalis et ma-
iestas. Verum ad unum finem utrobiq; tendit
impietas: quorum alij quid diceret dns intelli-
gentes, vera eum dixisse negabant? alij vera qui-
dem dum de se testatū fatentur: sed in hijs sensū
veritatis sequi et comprehendere detrectant. Quo

rum finem tetorvimus, vt vitare nequeamus ne-
cesse est fratres dyarissimi, vt et verba nostri salua
tozis in veritate credamus.⁊ et her verte intellige
re curemus: insuper in hijs spem nostre salutis
omnem ponere studeamus. ¶ Credamus eu ve
raciter suo patri equalem, pdite gloria eternita
te et regno predicasse: et bene agendo satagam⁹
ad vnam vtriusq visionem peruenire. ¶ De qua
rogantib philippo ac dicenti, dne ostende nobis pzem
et sufficit nobis: ridit ipse dominus dicēs. ¶ Qui
videt me: videt et patrem. ¶ Notandum sane quod
dictum est equalem se faciens deo, a iudeorum per-
sona dictum.⁊ qui putant dominū ihesum, pre-
dicando se fatete quod non esset: et non veraciter
intimare quod esset. ¶ Nos autem fratres qui fi
dei catholice sacramentis et doctrina sumus
imbuti: credamus et confiteamur dnm nostrū
ihesum dyzistum, et in humanitate nobis fratri
natura equalem, et in diuinitate patri manusi-
se semper equalē.⁊ nesq in vtralibet natura, se fi-
esse fecisse fingendo quod non erat: sed in vtraq
monstrasse veraciter prediccando quod erat. ¶ Qui
nos ad videndam perpetuo gloriam sue maiesta
tis introducere dignetur.⁊ qui cum vivit et reg
nat vna cum patre et spiritu sancto deus: per
oia secula seculorum. Amen. ¶ Omelia bede pbri in
euangelio tres significat hoc dm⁹ qd legit sabbto post dmica xl⁹ ℔

Dix dominus ac redemptor noster electos
suos per huius vite labores, ad illam
que laborem nescit, vitam future beati
tudinis introducere disposuit: modo
per euangelium sanctum sudores rec
tarum temporalium, modo eternorum scribit
palmam premiorum.⁊ vt auditis videlicet ago
num necessitatibus, meminerint sibi requie in
hac vita negiaq esse petendam: audita rursus
dulcedine future retributionis, leuius ferant ma
la transeuntia, que bonis speranerint remune
randa perpetuis. ¶ Cum enim suas suorumq pas
siones paulo superius comemorasset: confestim
ea que modo cum legerentur audiuimus, adiun
xit dicens. filius enim hominis venturus est in
gloria patris sui cum angelis suis: et tunc red
det vnicuiq secundum opus eius. Vbi aptissime
diem extremi designat examinis.⁊ qui in potestate

et maiestate veniet iudicaturus de mundo, qui quo
dam in humilitate et abiectione venerat iudican
dus a mundo: ꝗñ cum iudiciaria districtione ꝗret
operum perfectionem ab eis, quibus mĩe largita
te prerogauerat suorum gratiam munerum: ꝗñ
reddens singulis secundum opera eorum, electos
in regnum patris sui perducet: reprobos autẽ tum
diabolo ignem reiciet sempiternum. Et pul
chre dicitur: quia filius hominis venturus est in
gloria patris sui. Filius quippe hominis in gloria
dei patris venturus est: quia qui in hominis na
tura minor est patre, ipse in diuinitate trinus ei
usdẽꝫ est glorie cum patre, verus homo per ois:
verus existens et deus. Merito autem letificat pi
os: merito terret contumaces quod sequitur. Et
tunc reddet unicuiꝫ secundum opus suum eius:
quia qui nunc bona operantes, pressuris malorũ
affliguntur inquis, letante nimirum alio tẽpus
expectant illud, ꝗñ per iudicem iustum, non solũ
ab iniustorum liberent iniurijs, sed et iustitie ac
patientie sue: mercedem percipiant. Qui vero
male viuentes, pacem iudicis negligentiam pu
tant: iusta sero penitentes eterne dampnationis
sua ferruntur. Concinit huic euangelice sue:
quod ait psalmista, Misericordiam et iuditium cantabo
tibi dne. Primo quippe misericordiam, ac deinde iuditiũ
se cantare perhibet, quia nimirũ dns quod pmo
suo aduentu depositum nobis benigne contulit:
hoc in secundo districtus exiget. Sed peruersus
quisꝗ qui miam largientis contempnit: iure
iuditium discutientis domini pertimescit. Ac
qui gratiam mie gratis se meminit suscepisse,
gaudens vtiꝫ iudicij discrimen expectat: ideoꝫ
libera modulatione suo iudici miam et iuditium
cantat. Verum quia incertum est omnibꝫ tẽpꝫ
vniuersalis iudicij, incerta singulis sui exitus ho
ra, et poterat longa videri presens afflictio, nes
cientibꝫ qñ requies promissa veniret: voluit pi
us magister aliquibus discipulorum suorũ adhuc in
terra degentibus eterne repromissionis gaudia
premonstrare, quatenus et ipsi qui vidissent, et o
nes qui audire possent, leuius aduersa presentia
tolerarent: rediecto sepius ad mentem future re
tributionis munere quod expectarent. Vnde se
quitur, Amen dico vobis, sint ifdã de hiis statibꝫ

qui non gustabunt mortem: donec videant filium hominis venientem in regno suo. Venientem quippe in regno suo viderunt discipuli, quia in ea claritate viderunt fulgentem in monte: in qua peracto iudicio ab omnibus sanctis in regno suo videbitur. Sed quia mortales adhuc et corruptibiles discipulorum oculi sustinere nequiverunt, tunc per resurrectionem iam sanctam incorruptibilis potenter tueri sufficiet ois ecclia sanctorum: de qua scriptum est. Videge in decore suo: videbunt oculi eius. Et post dies sex assumpsit ihesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius: et ducit in montem excelsum seorsum. Ostensurus gloriam suam discipulis, in montem eos ducit excelsum: ut doceat omnes qui hanc videre desiderant, no in infimis iacere voluptatibus, non illecebris seruire carnalibus, non cupiditatibus adherescere terrenis, sed eternorum amore, ad superna semper eligi, angelice munditie, pietatis, pacis, dilectionis, et iustitie vita quantu mortalibus possibile est semper imitari debere: iuxta eum qui dixit. Nostra autem conuersatio in celis est. Unde etiam expectamus saluatorem ihesum christum dominu nostrum. Ostensurus gloriam sue maiestatis in montem discipulos ducit, ut discant ipsi, discant omnes qui hanc videre sitiunt: non eam sibi in huius seculi profundo, sed in regno eterne beatitudinis esse querendam. Et bene cum diceret quia ducit illos in montem excelsum, addidit seorsum: quia iusti et nunc cum pastorum vicinia presumuntur, ratio tn sunt toto animi intentione fidei separati ab illis: et in futuro funditus seorsum abducti ab illis. Cu abscondet eos in abdito vultus sui a conturbatione hominum: protegget eos in tabernaculo suo a contradictione linguarum. Quod autem post dies sex ex quo promisit discipulis claritatem sue visionis ostendit, signat sanctos in iudicij die regnum percepturos: quod eis promisit qui no mentitur degentibus tempora secularia. Tempora quippe secularia, sex etatibus constant. Quibus completis: ipso dicente. Venite benedicti patris mei: possidete regnu vobis paratum a constitutione mundi. Dos sunt dies sex promisse dnice visionis et gle, bonorum perfectionem operum designare: sine quibus ad contemplanda conditoris sui maiestatem, quisq aliquid agere valet: peruenire no valet. Quia

audient

enim dominꝰ sex diebus rerum creaturā formauit, sep
timo requieuit ab operibus suis: recte per sex dies
opera bona quibus ad requiem peruenire debea
mus exprimuntur. Et quia qui deum videre, ꝫ
ad gloziam vite resurrectionis pertingere cupiscit,
debet agere bona que nouit: recte post dies sex glo
riam sui regni, quam spopondit discipulis suis
tor ostendit. Sequitur: Et transfiguratus ē ante
eos, et resplenduit facies eius sicut sol: vestimēta
autem eius facta sunt alba sicut nix. Et transfigu
ratus est ante discipulos dñs: et sui corporis gl̃am
qua per resurrectionē erat illustrandum significat:
et electorum oīm quante claritatis post resurrec
tionem sint corpora futura manifestat. Unde et
de hijs alibi dicit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in
regno patris eorum. Et hic in exemplum future cla
rificationis ipsius, resplenduit facies eius sicut sol:
non quia domini et sanctorū eius equalis possit ee
claritas et gloria: ēūde eisdem sanctis dicat ap̃s:
Stella autem a stella differt in claritate, sic et resurrec
tio mortuorum: sed quia nichil sole clarius videre
possumus, non solum domini sed et sanctorū in re
surrectione gloria solis aspectui comparatur: quia
clarius sole aliquid unde exemplum dari ptr hoc by
minime potuit inueniri. Quare autē gloriosa
dñica corporis manifestatem, hinc sanctorū corporū
claritatem, nullus in iudicio reprobor videre pu
tandus est tantū videbunt in quē trāsfixerunt, et
et plangent se super eum omnes tribus terre. Ac
cum peracto iudicio sublati fuerint impij, ne videāt
gloriam dei: tunc iusti ad contemplandam perpe
tuo gloriam regni eius, et ipsi pro modulo suo in
corruptionis luce transfigurati intrabunt: un̄
dicit ap̃s. Qui reformabit corpus humilita
tis nr̄e: cōfiguratū corpori claritatis sue. Si et
quesierit aliquis, quid vestimenta dñi, que facta
sunt alba sicut nix typice designent, possumus
recte intelligere, sanctorum eius ecclām per hec
esse monstratum: de quibꝫ ysaias ait. Vibꝫ hijs
velut ornamento vestieris. Et ap̃s quotquot
enim in christo baptizati estis, christum
induistis: qui in tempore resurrectionis, omni
labe iniquitatis, simul et ab omni mortalitatis
obscuritate iustificamur. Unde pulchre de vestimē
tis dñi dicit euangelista marcus, qa facta sunt

splendida candidaq; nimis velut nix, qualia fullo
super terram non potest candida facere ? quia quod
oibus patet, nemo e qui sine corruptioe aut dolore vi
uere possit super terram ? quod omnibq sapientibus
patet, licet heretici contradicant ? nemo est qui sine
alterius alicuius peti viuere possit super terram. Sed
quod fullo, idest doctor euangelii siue mundator alios
sui corporis eximius super terram non potest deus fa
cit in celo emundatos eciam, uestem videlicet suam
ab omni inquinamento carnis et spus : insuper eter
na carnis aut spus lutulentia aut lure reficiens. Deinde
Et ecce apparuit illis moyses et helyas cum eo loqué
tes. Quales apparuerint, et quid locuti sint cū eo :
lucas manifestius scribit dicens. Erant autē moy
ses et helyas visi in maiestate : et dicebant excessum
eius quem completurus erat in hierusalem. Ergo moy
ses ergo et helyas qui locuti sunt cum dño in monte
de passionem cuius et resurrectioē dicebant, omnem
lex et prophetie designant ? que in dño cōple
ta et nunc doctis quibusq patent : et electis omnib9
in futuro manifestius patebunt. Quibus visi in
maiestate dicuntur, quia tunc apertius videbunt sp
tat veritatis dignitate, oīs diuinorū eloquiorū non
solum sensus, sed et sermo fuit propheta. Quibus
in moyse et helya omnes qui cū dño regnaturi sunt
recte possint intelligi ? in moyse quidē qui mortuus
et sepultus est, hij qui in iudicio resuscitandi a morte :
in helya vero qui nondū nostis debitum solvit, hij
qui in aduentu iudicis vivi inueniendi sunt in car
ne. Qui utrisq pariter in uno codēq momento, rap
ti in nubibus obuiam dño in aera : mox peracto in
ditio ad vitam induuntur eternam. Quibus apte
conuenit : quod moyses et helias in maiestate fuisse
visi perhibētur. Per excellentiā nāq maiestatis :
insigne muneris quo sunt coronādi monstrantur.
Bene conuenit et hoc quod excessū eius, quē cōpletur9
erat in ihrusalem dixisse memorantur : quia nimi
rum unica laudis materia fidelibus suis fit passio re
demptoris : qui quotiens illius se gratia
esse redemptos : tanto sue reparationis memoriā devoto
semper in pectore versant, devotis confessiōe testātes.
Verū quia quanto amplius quisq vite celestis dulce
dinem degustat, eo amplius fastidit oīa que placebāt
in infimis ? merito petrus visa dñi et sanctorū eius
maiestate, repente cuncta que noverat terrena obli

uiscitur: solis hijs que videt perpetuo delectatur adherere
dicens. Domine bonu est nobis hic esse. si vis faciamus
hic tria tabernacula: tibi unum moysi unu, et helye
unum. Et quidem beatus petrus, sicut aliis euangelista
testatur, nesciebat quid diceret: in eo quod in ce-
lesti conuersatione tabernacula facienda putauit.
In illa namq celestis vite ciuitate domus necessaria non
erit. vbi diuine contemplationis luce ois pacificate
natura aduersitatis alicuius timenda nulla remanebit: testante apto iohanne, qui eiusdem superne ciui-
tatis claritatem describens dixit inter alia. Et templu
non vidi in ea. Omis enim ois potens templu illius e:
et agnus. Sed bene nouerat quid diceret cui erit, dne
bonum est nos hic esse. quia reuera solum hoc bo-
nu est intrare in gaudium dni sui: et huic contempla-
do inseparabiliter assistere. Unde merito nichil unq ve-
ri boni habuisse putandus est: cui tractu suo exigente
contingit unq sui faciem videre creatoris. Quod
si beatus petrus glorificatum christi humanitatem
contemplatus, tanto efficitur gaudio, ut nullateng
ab eius intuitu velit seuerari. quid putamus fratres
christissimi beatitudinis, qui diuinitatis eius altitudi-
ne videre meruerit. Et si tum duobus tantu sanc
moyse videlicet et helya transfiguratum in monte
hominis christi speciem videre bonu magnum
duxit: quibus sermo explicare, quibus sensus valet com-
hendere, quanta sint gaudia iustorum, cui accesserint
ad syon montem, et ad sanctitatem dei viuentis ihe-
rusalem, et multorum miliuum angelorum frequen-
tia: ipsumq ciuitatis eiusdem artificem et conditore
deum, non per speculu et in enigmate sicut nunc
sed facie ad faciem conspexerint? De qua visione
dicit ipse petrus: loquens de dno fidelibus. In quem
nunc non videntes creditis: quem cum videritis
exultabitis letitia inenarrabili et glorificata. Dum
adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos.
Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilec-
tus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Qui
tabernacula facere querebant, obtectu lucide nubis ad-
monentur in illa vite celestis habitatione, domos no
esse necessarias: vbi ois dns eterne sue lucis obum-
bratione protegat. Qui enim populu per desertu
gradientem, ne per diem sol, ne luna noceret per noc-
tem, quadraginta annos expandit nubem in protec-
tionem eorum. quanto magis inhabitantes in ta-

bernaculo regni celestis, in secula sanctarum velame
to proteget alarum. Hinc enim docente apostolo:
quia si terrestris domus nra huius habitationis dissol
uatur, quod edificationē ex deo habemus domū non
manufactam eternam in celis. Quia vero resplen
dentem filij hominis faciem cernere desiderabant,
assuit pr̄ta voce docens eundē esse filiū suum dilec
tum in quo sibi bene complacuisset: ut discerent ab
humanitatis eius gla quam videbant, ad diuinita
tis quia equalis esē illi contemplandam suspirare p̄
sentiam. Quod autem sit vox p̄ma de filio in quo
michi bene complacui: hoc est quod eius filius alibi
testatur, Et qui me misit mecum est, et nō reliq
me solum: quia ego que placita sunt ei facio sēp̄.
Et quod addunxit ipsum audite, admonuit eū
esse de quo moyses idem populum sui dedit le
gem premonebat, quia prophetam vobis suscī
tabit deus vē de fratribus vestris: tanq̄ me
ipsum audietis iuxta oīa quecūq̄ locutus fuerit
vobis, Nec enim moysen et helyam, idest legē
ac prophetas audiri vetat. Sed omnib9 hys au
ditionem filij, qui legem et prophetas venit ad
implere p̄ferendam insinuat: tunctisq̄ veteris
instrumenti typis et enigmatib9, lucem euā
gelice veritatis anteponendam intimat. Et ī
dem pia dispensatione fides discipulorum, ne crucifixo
dño titubet solidatur. dū imminente crucis articulo
et humanitas eius qualiter per resurrectionē sit
sublimanda celesti luce monstratur: et quia coeter9
sit in diuinitate patri filius, celesti eiusdem patris
voce probatur. quatenus aduniente hora passionis
minus moriente dolerent: quem post mortē mox
glorificandū in homine, in diuinitate autem semp
a deo pr̄e glorificatum meminissent. Verū discī
puli quasi carnales adhuc substantie fragilis, au
dita dei voce timentes ceciderunt in faciem: dns
autem quasi pius per oīa mgr̄, verbo simul eos
et tactu cōsolatur et erigit. Et descendentibus illis
de monte, precepit ihesus dicens, Filio hominis dispera
tis visionem, donec filius hominis a mortuis re
surgat. Visionem ostensē sue maiestatis ad tēpus
tacere precepit: ne si palam vulgaretur in populos
aut dispensationē passionis illius, idē populi pri
cipibus repugnando impedirent. et sic humane
salutis effectus, qui per sanguinem eius erat futur9

retardaretur: aut certe hij qui eandē visionē audierēt credidissent, viso eius obprobrio scandalizarentur. ¶ Opportunius autem cōpletis passione, resurrectione, et ascensione eius ad celum, repletis spū scō aplis predicatū est: quatenus omnes qui sacramentis eius initiari voluissent, non secundum effectum resurrectionis ab hijs qui viderant potuissent edisceret: necnō et eternitatem diuine natiuitatis, quam a patre audierant, cunctis pariter credendam predicarent. ¶ Expositis lectionē dñice transfigurationis, ad nram fratres kmi conscientiā reuertamur: et si gl'am dñi videre delectat: transitis carnalibus desideriis subeamus in montem virtutum. Hi ad vestimentū dñi candidissima pertinere volumus: nūdemus nos ab omni inquinamento carnis et spūs: perficientes sanctificationem in timore dei. Hi vocē dei patris audire, si ad substantiale eius filij nativitatem desideramus intueri: studeamus solliciti periuria et inutilia mortalium verba declinare: studeamus et superfluis seculi fallentis oculos auertere spectaculis: quatenus resurrectionis nre gl'ia thorus cū te et ipsi quidem qui nō nequimus magnalia nri conditoris videre simul et discere mereamur: p̄stante ipso qui vivit et regnat cum p̄re in unitate sp̄s sancti deus: per oīa secula seculorum, Amen. ¶ Dñica sexta in quadragesima. Sermo beti Joannis epi de Jacob et Esau.

Dicebat rebecca geminos in utero fratres: ante ortus principia bellatores. Certātes filios mī ante sentit quam novit: ante patitur quam videt: ante sustinet quā agnoscit. Licuit filiorum bella sentire: quos mundi licuit gignere. Certamen inter fratres in utero geritur: bellum inter natos cōnectitur, materna viscera quatiuntur: nec ad ortus principia properatur: sed ante principia nova certaminia celebrantur. Vellem causas tanti certaminis nosse, vellem istius pugne negotia tractare: quid interfuerat, quid factū fuerat: que pugnandi ratio, que causa vincendi: quo spectatore id gerit, quo iudice celebratur: quid victori promittitur, quid victo contrario denegatur, quis certare docuerat, quis pugnare monstrarat, sed notum est cunctis istorū certamen fratrum: causas duorum exprimi populorum. Vult enim deus ante ostendere ventura q̄ veniant: ante futura monstrare q̄ fiāt. Veteri

preiudicare non potest pugna: si pugne nō cōsentiat
meritū. Sed futurorum prescius deus: nostruosū
certamen voluit exercēri. Dat certandi affectū
uincendi votū ostendit. se spectatorem constituit;
se iudicem demonstrauit. A deo geritur certamen.
presente deo qui genuit: et mē teste que sentit.
Sed mē certamen sentire potuit: videre nō potuit.
Merito interrogat dñm. Quid est inquit domine
istud quod geritur? Quid est quod in utero meo te
teste tractatur? Quid facturi sunt nati. qui sic
luctantur innati? Aut que matorū vota sustinam.
cum sit luctamine innatorū concussus? Duo sūt
inquit dñe populi in utero tuo, et due gentes
de ventre tuo diuidentur. et populū superabit: et
maior seruiet minori. O veneranda prescientia
dei. Designantur in utrisq; fratribus gentes: in sin
gulis populi declarantur. Immo ipsi gentes et po
pulū nuncupantur. futurorūq; sobolum nomina in
natos conferuntur: et adhuc innatorū nota ignora
tur. Dicuntur enim parentes, qui necdū filij nomē
acceperant: appellātur patres qui nati non fuerāt.
ut fierent genitores antequā filij: fierent patres ante
quā nati. Ostenditur arborum merita: et ope
rationis mundū est causa. Quid quisq; meretur
edicitur: et meriti causē silentur. Gratia a deo pro
fertur: et adhuc qui meret nō nascitur. Iudicium
diuinitus celebratur: et adhuc in utero qui iudicat9
est detinet. Precedit moles iudicū. suis actibus
prior est: nec tempus exspectat ut merita dispu
tentur. Disponentis potentia ante nouit omnia
quam nascantur. Interea certamen nec nascētib9
defuit: dū minor maioris plante incepus, aut prior
nasci desiderat, aut se victorem tali gestu demōstrat.
Pallatior tamē properat in lucem: et adhuc tenetur
in ventre. Querit prior nasci: ne et in hoc posset
a fratre deiungi. Cupit pudorem properantia
tegere: desiderat ignominiam festinatione mutā
re. Timet videri victus antequam natus: sed iā
matri prouectus certaminis indicauerat deus. In
dicat et nascentium ortus: unde ut digne iacob sup
plantator est vocatus. Sed diuidit in amorem u
triusq; parentis, utriusq; nascentē. Hic pater maiorē:
minorē mater assumit. Pater in utero victum
amore solatur: mr vero victorē diligit, quē pug
nantē non vidit. Optat pr victori victū equari:

si victi mores possint a malitia immutari. Igitur
properant impleri predicta: festinat geri que fue
rant diuinitus nunciata. Denique egressus iacob pul
mentum constitutus in domo: desiderio rapitur
veniens esau de venatione. Sed male desideratur is
in damnum salutis assumit: qua contrarie esurit,
qm salus manducando digeritur: aut in vite in
teritum trucidatur. Molesta enim fames e: que
ad hoc saginatur vt perdat. Pernicios esuries, q
idcirco excluditur, vt peior in homine nutriatur: qm
damnosa mercatio est: si salus pro cibo impenditur, aut
magnis vilia comparantur. Adeo esau primatus
desiderio lentis addixit, eosdem iacob intemperantia de
siderantis accepit. qm diu esau possidere nō potuit:
quod in vtero constitutus amisit. Denique reddit e
sau aliena: iacob recipit sua. fit iacob benedictione
iam primus: qui fuerat natura postremus. Prima
tus reddidit causa: quos negauerat alqn natura.
Met diu eius qram indignus potuit vsurpare: q
iacob meruit antequ nascerentur accipere. Interea
hereditaria benedictio a pre in esau disponitur: et
ab eo cibor delectatio postulatur. Facito inquit
michi fili cibos vt anime: vt maiorem benedictionem te:
anteq vita iste discedam. Sed ignorat esau illu
placituru in cibo: qui iam placuerat merito. Ves
tit ea benedictione aptissimu: cui tradiderat ipse pri
matum. Denique pergit penatum: vt imperata
perficeret. Demoratur et tardat. fit difficile quod
queritur: vt in iacob benedictio pna impleretur.
Querit esau inuenire quod pr fastidiat: desiderat
capere, quod genitor in saginatu exhorreat. Hortatur
tur et mater iacob amantissimu filiu: narrat ver
ba patris ad fratre, refert imperata ciboru: promis
se benedictionis compotem dixit: si que fieri iussit sut
implere festinet. Cogitur iacob profiteri quod nō
erat: mentiri quod fuerat. Cogitur iam simulare
se fratrem: mentiri maiorem. Ideo pergit ad gre
gem: duos hedos adducit, quorum pellibus brachia
nudaq cervicem absconderet: vt hirsuti fratris psen
tiam simularet. Iam parat cibos delectabiles ma:
infert filius pri: pater miratur aduentu celere filij.
Quid est hoc inquit quod cito venisti fili? Quod
dns dedit mihi respondit tibi. surge manduca quod desi
derasti: vt benedictionem conferas qua promisisti.
Accede ad me inquit fili vt palpem te: vt videa si tu es

esau filius meus. Accede inquit ad me ut tactu sentiam, quod oculis videre non possum: palpando intelligam, quod visu non cerno. Duo sensus idest auditus et tactus in pre sancto contendunt. Quis ea corum quod latebat ostenderet? Sed auditus indicat: sed tactus ignorat. Fallit enim habitus patrem: sed vox indicat veritatem. Refert vox quod habitus refellebat: nudat lingua quod tegmina simulabant. Indumento quidem fratrem mentitur: sed verborum sonitu qui fuerat indicatur. Unde in pbo sanctissimus dinoscitur apud prem in duo, dum queritur habitus alienum: sed vox indicat verum. Vestitus innocentem simulat: sed sermo innocē non celat. Jta em alienum est quod simulatur, ut proprium est quod per vocem dinoscitur: ut benedictione sit dignum quod est proprium: exheredari meruerit qd fuerat alienum.

Eodem die sermo beati Johannis episcopi de Joseph.



Patitur a fratribus sanctissimo pre, ioseph sanctus ad fratres, qui salutem pris ad illos et ipsorum ad prem affert: ut interabsentes medius utriusq salutis nuncius extitisset: ut quod de semet absentes scire non potuerant, ioseph referente cognoscerent: ut disiunctos huius relatio iungeret, quos locorum diuersitas separabat. Quem cum venientem de loge conspicerent: ecce inquiunt ecce est somniator ille. Venite itaq occidamus illum: et videamus quid possint illi somnia eius. O reprehenda rabies inuidie. Non licet ioseph, non licet inq impunitum esse quod bonus est: non licet meliore tutu esse cum malis? et quasi inuidi aliquid perdant, aut dispendium alicuius rei incurrant: sic bonorum vita, est detrimentum pessimorum. Zelant mansuetu inuidi modestum superbi, probum improbi: mitem timidi inimica emulatore lacessunt. Patitur ioseph sc innocentis vite inuidiam: et emulos in se fratres sancta exercuit vita. Denu mali videre non possunt. Denuq venientem ad se laceranr seuiunt, necare festinant? nolunt meliorem vivere: ne degeneres ipsi possent iproperia sustinere. Cur innocentē zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? cur pati simplicem non potes? Cur modestum persequeris? cur pbu nō diligis? Cur rea innocentis sanguinis fueris? Saltem distractus aliquatenus viuat: ne in te accusator innocens sanguis ut in cain aliquando exigat.

a emulatione

Serua tibi, serua inimica fraternitas vinu: que sen
tias aliquando plectatum. Serua incolume: que
necessitatis tempore inuenias prouisorem. Forsita
enim adueniet tempus, quo eum seruu fecisse pe
teat: parricidium non perpetrasse colibeat. Seuis
exemplo? cum tuo ego prouocari debuerim? Quã defensionẽ poteris salutis obtendere? Quã defensionẽ poteris inuenire? q̃ nec alienã opprimis, nec tuã defendis, nec reos redargquis, nec te innocentem ostendis? Reuertere queso: reuertere ad deum. Reuertere inquam ad dñm: quia per illum non poteris inuenire alium. Reuertere ad dñm quem indigne offenderas: reuertere ad eum, quẽ crudeliter deserebas. Reuertere ad eum qui idcirco causam proponit vt purget: qui idcirco obiurgat vt saluet? qui idcirco ante prestruit ne condẽpnet: dicendo quod inuenerunt in me prẽs vestri delictũ quia recesserunt a me? O veneranda pietas dei: o detestanda contumatia populi. Dicite inquit dñs quid peccauerim, q̃ue deliquerim? cur a vobis contẽpnar aut deserar, cur post beneficia talia non agnoscar: nec post innumera dona a vobis vnquã attendar. Aut meam culpam edicite, aut contẽptus penas exsoluite. Aut me vobis in aliquo defuisse mõstrate: aut vos michi paruisse oñdite. Quid agis homo, quid angeris? Quid rñdere poteris qui increparis? Prouocaris a deo, q̃ sue offense a te causas exposcit? qui tui contemptus rationes exquirit: qui te sua bñficia duxisse in irritum recognoscit. Quia de ipso non habes quod querariris: de te iam indicat quid quereris. Confitere igit confitere quod verum est: et dñm in suo presscito nõ cessasse, et te indigne ac sacrilege contẽpsisse. Confessio enim criminis, venia est contemptoris. Cito flectitur vt ignoscat: qui ad hoc impetrat vt defendat. Non te dñs contẽpnit vt recedat: et si tu contẽpseras tum abibas. Non te despicit reuertentem: q̃ aliqñ horruit desertorem. Tuos non aspernabitur reditus: qui vt redeas suos demonstrat affectus. Reuertimini inquit ad me: et reuertar ad vos. Et iterum. Nolo mortem peccatoris: tantũ reuertatur et viuat. Cupit ignoscere: desiderat misereri. Desertoris pñuenit precẽs: dñs ipse horatur vt hõ si deseruerit reuertat. Desertores desertus inuitat? contẽpnẽtes cõtemptus reuocat: offensus reis se ingerit, vt ignoscat. Quare desertor redeat, contemptor seruiat, fidem fidelis exhibeat: vt et desertori indulgentiam, et contemptori veniam, et fideli gloriam celestis tribuat imperator.

Sermo bti maximi episcopi in Traditione symboli et de expositione eiusdem.

Dum apud patres nostros sicut liber iudicũ refert quedam israhelitice trib⁹ ciuili aduersũ se plio decertauerit. nec propter consimilẽ vnius populi habitũ inter bellantes posset esse discretio? trib⁹ illa cuius iustior causa pugnandi, et si merito p

dei auxilium victoriam presumebat signū sibi certo in ser
mone constituit: vt quos vna armoziū fatics confundebat,
secretiozib verbi distingueret sacramentiū. Quod beati
apostoli, vt ego reor exemplum sequentes ecclesie dei, qua
aduersum militiam diaboliri furoziь armabant, mysteriū
symboli tradiderunt: vt quia sub uno christi noīe
credentium erat futura diuersitas, signaculū symboli
inter fideles perfidosq; secerneret. et alienus a fide atq;
hostis apareret esse: si aut tanq; baptizatus nesciret, aut
sanguam hereticis corrupisset. Credis inquid in deum
patrem omnipotentē? Credendus sine dubio est deus pr̄
oīpotens: cuius sic virtus sentitur, vt quantitas eius et
qualitas ignoretur. Esse enim illius et posse, nō discutiē
do assequimur: sed credendo. Quem autem credere deba
mus: edocet nos redemptoziь nostri auctoritas dicentis. Qui
credit in me et in eū qui me misit: habet vitam eternam.
Et alibi. Credite in deum: et in me credite. Plus est fratres
quod fidei oculis intuemur: q̄ sensus possit videre carnalis.
Credis inquit in deum patrem oīpotentem? In deo natu
ra inaasabilis. in deo ingeniti veritas: in oīpotente pleni
tudo virtutiь oñditur. Est nāq; per ingenitā deitatem
oīpotens: et per oīpotentiam pater. Sed disquirendum
qualiter sit pr̄: qa qualiter deus sit aut oīpotens nō pt
cōprehendi. Et in iesum christū filiū eius unicū dn̄m nr̄m.
Quod chr̄s est factus q̄ filius erat, dispensatio est redemptio
nis humane: quod domini est, de proprietate nature est.
Unicus autē vel unigenit̄ annunciatur et creditur: qa uni
ta est genit̄, ne q̄m habeat in natiuitate cōsortē. Filiū audis
non vt illum sexu aliquo editum putes. sed vt credas īcōpr̄e
hensibili maiestate deū prodisse de deo: vt ait ipse. Ego a pr̄e
xiui: et veni in hunc mundū. Qui natus est de spiritu scō
ex maria virgine. Spm sanctū audis: vt partū illū mi
rabilem simul et inculpabilē recognoscas. Celeste est enim
quod spūs agit: inuiolatum quod sanctus operatur. Nam
cū unigenitū dei hominē fieri redemptionis nostre necessi
tas flagitaret: hoc natiuitati suę priuilegiū proprie diuini
tatis inuexit: vt de virgine nasceretur. Qui enim venie
bat inueteratā peccatis hoīm renouare naturā: nouā legē
voluit habere nascendi. Unigenitus igitur dei factus est
filius hoīs: vt qui creator mundi erat, fieret et redemptor.
Qui sub pontio pylato crucifixus est et sepult̄. Nulla no
bis sit de cruce christi confusio: quia habemus de eius passio
ne victoriam. Sicut enim sempiternus dei filius nō sibi
sed nobis est natus: ita īmaculat̄ dei agnus nō sibi sed nob
est passus. Quis cū nō mirificū aduertat cē misteriū?

vbi ipse homo predicatur qui deus est, et vbi idē dñs annūciatur
qui asseritur crucifixus? Nec incogitata ei quod peremptꝰ est
aut improuisa res accidit. qui diuinitatis sue consilio, idcir
co suscepit hominē: vt pro homine posset occidi. Suppliciū
aut crucis elegit vt sublimiorē victoriam pareret pena dete
rior. et qui vniuersitatis bono patiebatur, quasi in cōspectu mū
di in altum sublatus ocrumperet: vt simul qui crucifixum
videbant, mirabilia cernerent crucifixi. Nam satis abundeꝫ
glīa patiētis oīdunt: repentina solis obscuritas, tremor ter
rarum, saxorum diuisio, resurrectio mortuorum. Illud autē
quanti est testimonij: ꝙ etiam pariter latro crucifixus, memo
riam sui in celesti regno fieri a cōsorte supplicij precabatur. Sic
est knī ꝙ ꝙ illusiones et probra ꝙ pertulit xps, cruce mor
teꝫ eius non suspiriis ingemiscimus: sed continuis gaudiis
celebramus. Sepultus est autem: qa consequens erat, vt ꝙ mor
tuus fuerat acciperet sepulturā. Sepultus est dñs: vt ad cō
solationem sepultorum, benedictionem corporis eius et terra
susciperet. Sepultus est: vt qui vere mortuus credebatur:
vere rediisse a mortuis crederetur. Tertia inquit die resur
rexit a mortuis. Si credidisti de christo ꝙ dedecoris est: cre
de ꝙ glorie est. Si credidisti ꝙ mortis est: crede ꝙ vite est.
Sicut enī in passione mysterium pietatis est, ita in resurrec
tione operatio potestatis: vt ait ipse. Potestatē habeo
ponendi animam meam: et potestatem habeo iterū sumendi eā.
Quo itaqꝫ non illi vita suppetebat post morte? cui mori
nō fuit conditio sed potestas? Nec magnū sane est si dictus
potuit christus resurgere: cū impossibile fuerit, vt auctor vite
non rediret ad vitam. Aut quo poterat inferni legibus deti
neri? qui idcirco est mortuus, vt mors amitteret ptatem?
Nichil ergo vltra de eius passionibus confundamur? nichil
de eius morte trepidemus: cui et resurgendi ptas erat, et na
tura viuendi. Cuius autem dementie est, illū nō credere re
surrepisse? ad cuius preceptū de tumulo sepultus emersit?
Ascendit in celum. Decebat frēs talis glīa hominē, q de
virgine nascebatur? nec impossibile ei fuit celū ascendere:
cui possibile fuit triumphare. Et necesse erat: vt q ad mor
tem de regno venerat, post mortem rediret ad regnū. Fuit
in hoc carissimi salutaris et incōprehensa mentibus humanis
inter celum terraqꝫ cōmunio? vt sicut terra dei filium se
suscepisse letata est: ita celum filium hoīs se accepisse gau
deret, vt cantatū est per prophetam. Letentur celi et ex
ultet terra. Nam sicut manifestum est terra exultare
de deo: ita dubium non est celum gaudere de hoīe. Sedet
ad dexteram patris. Quod sedet christus: victorie munus
est. Quod ad dexteram patris sedet: diuinitatis e priuilegiū
et indiscrete consortium charitatis. Et vñ ad dexteram pris

inferos

annunciatur sedere: in quo nichil voluntatis sue diabolꝰ
qui totus est sinister invenit. Inde venturus est iudica
re vivos et mortuos. Interesse est fratres ut hominū neꝰ
ille discutiat qui creavit, et ipe iudicet qui redemit. Justi
tiaꝫ est ut omnipotens dns mortales suos, quos divinitatis
virtute formavit, pcis pietate salvavit: iudicis exami
natione discernat. Nam qd equius esse pōt apud deū,
ꝫ ut quoꝝ in seculo fuit vita diversa, eoꝝ post hoc seculū
merita distinguantur. Vivi aut iudicandi referunt et
mortui: ut omniū hoīm esse apud deū cura credatur.
Et in spm sanctū. Hec est charissimi inoffensa regula ve
ritatis, ut quoꝝum unum nomen est, non sit eoꝝum divi
sa confessio: et qui in celo apud se unū sunt, a nobis non
separentur in terris. Nam sicut divinitati nichil de creā
turis equari potest: ita oēm dīuisionē et inequalitatē
nātura divinitatis excludit. Secundū enim evangelicā
veritatem: sicut filius a pre exivit, ita et spūs sanctus a
patre processit. Et sicut unigenitus est dei filius: ita et
spūs sanctus dei est. Et sicut pr cui vult miseretur, et fi
lius cui vult prem revelat: ita etiam et spūs inspirat e
gitur prout vult. Quo ergo nō unū esse cū pre filioꝫ
credendus est spūs, cui eque adsistet posse quod vult? Jam
ecclesiam. Vere sancta est ecclesia confitenda, per quā et
sanctificatio ē data mortalibus: et crescente credentium
numero, omniū pene linguis in dei laudes sanctior mū
dus exultat. Sancta est ecclā: que baptismi sacramēto
peccatorum contagione detersa, terrarū incolas trāsmittit
ad celū. Remissionē peccatorum. Credenda est pcipue frēs
peccatorum remissio: qa hoc unū est remediū, p hoīm ge
nus a sua perpetue mortis absoluit. Idcirco unigenitꝰ
altissimi sumere dignatus est carnem, contentus est cruce:
ut te qui crimina tua evadere et pcā non poteras, indulgē
tia faceret innocentem. Ideo immaculatus ortusq est agnus:
ut cius cruore humani generis macula tergeretur. Videte
frēs profunditatē mysterij, videte altitudinē sacramenti,
ubi mors reddidit vitā: et peccantiū sordes sanguine sūt
innocentis ablute. Hec autem remissio non te ad peccatū
nutrit, sed admonet ut peccare iā metuas: qte intelligis
sine venia non potuisse salvari. Bonitas enim dei indul
gentie sue munere non nos armat ad culpā: sed absoluit
ad glām. Carnis resurrectionē. Hic religionis nostre
finis: hec summa credendi est. Et revera quis credens
deo possit de resurrectione dubitare, cū manifestū sit hāc
solā christo causam fuisse nascendi? Que em alia ratio
sive utilitas erat, ut perpetuus carnē dignaret assumere,

nisi ut tarni perpetuitatem donaret? Que gl'ia esset dei filiū crutē nō refugere, mortē expetere, perpeti sepultura? nisi vita mortalibus prestita resurrectione cōservet? Hoc se autem hoc fieri facit diuinitas fidem: cui totū quod vult posse subsistit. Denig ut indubitata resurgendi exempla capiamus: ipe hic mundo amissa receptaq decoris sui spetie et occidit et resurgit. Documentum nimirū future resurrectiōis accipimus? cū cōmendata sulcis frumēta in stipulā suam redeunt, et renouatis frodibus spoliata gelu nemora reuirescunt: cuncta etiā q terra producit, aut semine, aut radice multiplicata reduntur. Que aute duritia cordis est, nō credere reformari hominem? cum oia que facta sunt reparentur? Hoc em est charissimi symbolum: cuius signaculo sicut in pmordio dictum est fideles ab infidelibus seternuntur. Hoc est symbolū: cuius veritas unūquēq credentem efficit christianum. Hoc est symbolum quod et viuentes sanctificat: et mortuos reducit ad vitam. Dñica in ramis palmarū. Sedm Mathēū

In illo tempore: Cū appropinquassent ierosolimis et venissent bethphage ad montē oliueti: tunc ieus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos ē: et statim inuenietis asinā alligatā, et pullū cū ea. Solui te: et adducite michi. Et reliqua. Omelia venerabilis bede

Mediator dei et hoim hō christus ieus, qui pro humani gnis salute passurus de celo descenderat ad terras appropinquante hora passionis, appropiare voluit loco passionis: ut etiam per hoc claresceret, ea nō inuita sed sponte pateretur. In asino venire et a turbis rex appellari, ac laudari voluit? ut etiā per hoc eruditus ipse cognosceret ipsum esse christū: que sic illo venturū prophetia olim premissa signauerat. Ante quinq dies pasche venire voluit, sicut ex iohannis euangelio didicimus: ut etiā per hoc ostenderet se eē agnū imaculatū, q peta tolleret mundi. Agnus quippe paschalis cuius imolatione populus israhel est ab egyptia seruitute liberatus ante quinq dies pasche, id est decima luna domum inferri et ipa die pasche, id est quarta decima luna, ad vesperum iussus est immolari? significans eum q nos suo sanguine redempturus ante quinq dies pasche, id est hodierna die, magno precedentium seq̄ntiumq populorum gaudio ac laudatione deductus venit in templum dei: et erat quotidie docens in eo. Quinta demum peracta die, ubi veteris pasche sacramenta extremis obseruata cōsummauit, ac noui deinceps obseruanda discipulis sacramēta tradidit:

ingressus in montē olivēti tentus est a iudeis, et mane crucifixꝰ. Ipse nos die a demoniaca dnātione redemit: q̄ antiquus ille hebreorū populus, per īmolatiōnē agni iugum egyptie seruitutis abiecit. Ergo dns instar agni paschalis ante quinq; dies quam pati inciperet locū passionis adiit: vt se insinuaret esse illum, de quo predixit ysaias, Sicut ouis ad occisionē ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non aperiet os suum. Et paulo superius. Ipse aūt vulneratus est propter iniquitates nras: et livore eius sanati sumus. Sed inuidorum corda principum in cūctis q̄ue prouidē gessit, eū persequi, q̄ in eum credere maluerunt: et multū miseri, vite auctorē morti potiꝰ dare q̄ per eum ipsi viuificari studebant. Cruciosa itaq; per fidoz̄ veritate declinata, eoz̄ magis exempla, q̄ fideliter dnm laudauēre sequmur: et iter eius misticū, mistica vt decet interpretatione scrutemur. Asina et pullus q̄bus sedens iherosolymā venit, vtriusq; populi, iudei videlicet et gentilis simplicia corda designat: q̄b; ipe p̄sidens, q̄ q̄ nocia libertate suo frenans imperio, ad visionē supne patrie perducit. Iherosolima etenim visio pacis interpretatur. Et bn̄ cum ad montem olivēti venisset dns, discipulos qui her animalia adducerent misit: q̄ nō nostris ad eum meritis, sed sola ipsius gr̄a largiente peruenim9: iohanne attestante qui ait. Et in hoc est caritas: nō q̄ si nos dilexerimus deū: sed q̄m ipse dilexit nos. Mons nāq; olivēti celsitudinē dnice dilectionis, qua nos misericorditer illustrare ac saluare dignatus est insinuat: nō solū q̄a olei natura lucis ministra est, et laborum dolorūq; solamen: verū etiā quia cunctis quib; īminetur solet excellere liquoribꝰ. Vn̄ et aptius de caritate locuturus: adhuc mistꝰ excellentiorem viam vobis demonstro. Ad montē igit olivēti veniens dns asinos sibi quibus iherosolimā petat p̄cipit exhiberi: figurate significans hoc quod alibi dicit aperte. quia sic dilexit deus mundum, vt filiū suum vnigenitum daret: vt oīs qui credit in ipsum, nō pereat, sed hab̄eat vitam eternam. Duos ad exhibenda sibi iumenta misit discipulos: vt significaret ad vtrūq; populū, circūcisionis scz et p̄putij p̄dicatores esse destinandos. Vel certe duos misit, vt eosdē p̄dicatores doctrina simul et opatione perfectos esse moneret. ne vel erroris verba indocti veritati miscerent: vel ea que recte docuissent, peruerse viuendo negarent. Inuenietis inquit asinam alligatam: et pullū cū ea. Soluite: et adducite michi. Pullum quoq; alligatum fuisse, alij euangeliste testantur. Vterq; em populꝰ funibꝰ peccatoz̄ erat circūplexus: et solutione diuina opus habebat.

Iste lege q̄ñ ārreperāt male vtendo: ille nūm̄ arripiendo per
uerterunt. Unde bene dicit ap̄lūs: q̄a nō est distinctio. Om̄es
em̄ peccauerunt, et egent gl̄ia dei: iustificati gratis per gr̄am
ipsius. Et pulchre tres alij euangeliste q̄ scripserunt gētib⁹
pullū solūmodo dn̄o allatum memorant: matheus autem
euangelista q̄ ex hebreis et hebreo sermone scripsit euā
gelium etiā asinę facit mentionem. Pro uaria vtiq̄ dispen
satione: vt quorum salutem scribendo offerunt, hos saluā
dos a dn̄o mistice doceret esse vel figuratos. Et si q̄s vobis
forte aliq̄d dixerit, dicite quia dn̄s hijs opus habet: et con
festim dimittet eos. Et doctoribus p̄cipitur, vt si q̄d eis
obstiterit aduersitatis, si quis prohibuerit peccatores a la
queis diaboli solui, et per confessionem fidei dn̄o adduci,
nō tm̄ predicando desistant: sed constanter insinuent, q̄a
dn̄s ad edificandam ecclesiam talibus opus habet. Quātus
em̄ sevus sit persecutor et īmanis, non potest eorū obsistere
saluationi, quos nouit dn̄s quia sunt eius: quos ad vitā
p̄ordinauit eternam. Adhibetur autem huic facto p̄phe
testimoniū, vt appareat dn̄m q̄dē in oib⁹ q̄ de ipso erant
scripta cōplesse: sed inuidia cecatos scribas et pharisęos, q̄
ipsi legebant intelligere nequiuisse. Dicite filie syon. Ecce
rex tuus veniet mansuetus: sedens sup asinā et pullū filiū
subiugalis. Filia syon ecclīa est fideliū: pertinēs ad supernā
iherusalē, q̄ est mr̄ oīm nostrū. Cuius portio tunc nō mini
ma erat in populo israhel, regem hūs mansuetū: q̄a nō ter
rena īmitibus, sed mansuetis celestia regna dare cōsueuit dicēs.
Discite a me q̄a mitis sum et humilis corde: et inuenietis
requiem aīabus vestris. De quibus psalmista. Mites ās̄ucti m̄t
possidebunt terrā: et delectabuntur in multitudine pacis.
Rex vero māsuetus, māsuetis id est humilibus corde terrā pacis
tribuit: quos in terra belli et tribulationū quondā rex īpius
id est diabolus superbie vulnere strauit. Sedens m̄t sup asinā
et pullū filiū subiugalis: q̄a refecerit in corde humiliū, et q̄to
rum et trementiū verba eius, siue eorū q̄ in synagoga iugum
legis trahere nouerunt: seu illorū qui gentili, oī libertate effre
nēs eiusdē synagoge instantia, ad fidei et veritatis sunt gr̄am
conuersi. Adducentes aūt discipuli asinā et pullū īposuerunt
super eos vestimenta sua: et dn̄m desup sedere fecerūt. Vesti
menta discipulorū, opa sunt iustitie: psalmista teste q̄ ait.
Sacerdotes tui induantur iustitia. Et asinos quos nudos i
ueniunt discipuli suis sternunt vestimentis, et ita dominū
desup imponunt. Cū predicatores sancti quoslibet a scīatis
habitu vacuos īueniunt: hos q̄ suarū virtutū exemplis ad
suscipiendā fidem, et dilectionem sui conditoris ībuunt. Nō
em̄ nudā dn̄s asinam, nō nudū voluit ascendere pullum.

quia siue iudeus siue gentilis, nisi sanctorū fuerit dictis ornatus et actib, non potest dīm habere rectorē: sed regnat potius peccatū in mortali eius corpore, ad obediendū cōcupiscentijs eius. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Plurima hec turba, innumerabilē martirū designat exercitū: qui corpora sua aiarū videlicet tegumenta pro dño dabant, quo sequentib electis planiorem recte viuendi callē fatereť. ne q videlicz dubitarent, ibi pcdē bone actiōis ponere ī patre: vbi nō paucos viderent in bello precessisse martirij. Alij aut cedebant ramos de arboribus: et sternebant in via. Rami arborū: dicta sunt pīm precedentiū exempla. Et quisqs in exemplum recte credendi siue operandi, qd prophete, aplī, qd ceteri scī dixerūt siue fecerunt pandit: ramos profecto de arboribus credit, qbus iter asini dīm portantis cōplanet. qa sniās de sanctorum libris excerpit: per quas simpliciū christianorū corda, ne in via veritatis errent edificet. Turbe autem que precedebant, et que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio dauid. Una eisdēq confessionis et laudationis voce dñz q precedebant et q sequebantur exaltant: qa nimirū una est fides eorum, q ante incarnationē dñicam, et q postea fuere probati. quibus sacramenta habuerint pro tpm rōe disparia: petro attestante q ait. Sed per gr̄am dñi nostri iesu credimus saluari: quemadmodum et illi. Quod aute aiunt, osanna filio dauid: hoc est quod in psalmo legimus. Dñi est salus: et super populū tuum benedictio tua. Hoc quoq in magne deuotionis laude in apocalypsi sanctorū chorus resonat. Salus deo nro: q sedet super thronū et agno. Benedictus qui venit in noīe dñi. In noīe dñi, in noīe dei pris significat: q ipe alibi iudeis non credentib dicit. Ego veni in noīe patris mei, et nō recepistis me: alius veniet ī noīe suo, illū recipietis. Venit eīm christus in noīe dei patris: qa in oib q gessit et dixit, prem glorificare, et glorificādū hoib predicare curauit. Veniet antichristus ī noīe suo: q cū sit hō oīm nequissimus, et diabolo comite plenus, dedignatur se dei filiū cognominari, aduersatur et extollitur supra oē qđ dē vel deus, aut qđ colitur. Assumunt eīm versiculum laudis turbe de psalmo centesimo septimo decimo: qm ee de dño cantatum nemo est qui dubitet. Vn̄ perfecte de ipo in codē psalmo pmittitur. Lapidē qm reprobauerūt edificantes hic factus ē in caput anguli. q videlicz christus, qm reprobauerunt iudei edificantes suarū decreta traditionū: factus est in munimentū vtriusq populi credentis, iudei scz atq gentilis. Quod eīm in psalmo lapis angularis vocat' christus: hoc ē vtiq q in euangelio precedentiū sententiarū collatio dat' voce turbarum. Quod aute in eiusdē laudis psecutione

subiungitur, osanna id est salus sive saluifica in altissimis: p spicue docet aduentū dñi in carne, nō solum humani gñis in terra, sed et esse angelorū in celis salutē. ita dñi nos redēpti ad superna perducimur: eorū profecto numerus, ꝙ sathana cadente minoratus est erat impletur. Hinc etenim paulus ait, instaurari oīa in christo: ꝙ in celis et ꝙ in terris sunt in ipso. Recte igitur osanna in altissimis in eius laude canitur: cuius tota incarnationis dispensatio, pro ꝙplenda gl'ia pcie celestis aderat. Proinde necesse est frēs mei, vt ad promissam nobis patriam tota mentis deuotione tendamus, semper recordantes, ꝙ et si est angusta via ꝙa ingredimur: beata est mansio ad quam festinamus. Felicis quippe est per asperū iter ad regnum: ꝙ per amenū planūq; ad supplicium duci. Felicis est cōtinentia eternis temporali, gaudiū perhēne mereri: ꝙ p lasciuia parui temporis eternam luere vindictā. Ecce ieiunium quadragesimale dño auxiliante ꝙ plurima ex parte cōpleuimus, testis est vnicuiq; cōscientia sua, ꝙa quanto districtius se sanctis hyis diebus dño mancipasse meminit: tanto amplius gaudens, sem dñice resurrectionis tempus expectat. At si ꝙm forte aduersus cōscientia minus perfecte castigata accusat: nulli dubiū, ꝙn pauidus et tremens tante solempnitatis pfecto letur aduentum. Ver tm hic talis de salute diffidat, nec aliq; suorū numerositate vel enormitate scelerū confusus, baratrū desperationis incidat, imita illud salomonis, impiq; cū venerit in profundū malorū cōtemnit: sed sollicitq; perpendat, ꝙa si tēpq; annue festiuitatis, ꝙ de saluatoris nri resurrectione letamur, tanto vel gaudio castos, vel impios metu et cōfusione afficit, multo magis i tpe districti examinis, qn gnalis oīm resurrectio celebratur, etiā studiis iudicis sui, hos cōscientia munda eterno sanos letificat: illos noxia accusans iperpetuū dāpnat. Qui cū⁹ ergo frēs dilectissimi cōtinentie armis accincti, ab initio iam quadragesime cū tēptatore superbo certare ceperunt: videant caute ne capta deserant, pius⁹ hoste prostrato ministeriis donet angelicis. Qui vero hactenus armaturā virtutū nō induit: vel hodie incipiat. Hodie cū turbis illis fidelibus⁹ fidei opera assumat: iploret pietatem eius, ꝙ in noīe patris aduenientis, mundo benedictionē attulit. Osanna i altissimis proclamans, saluari se superna in pcia flagitet, sternat vestimenta sua in via, id est membra sui corporis humiliet i pniti, vt exaltet ea deus in futuro: memor illius dauidici, ꝙa exultabunt ossa humiliata. Ramos de arboribus⁹ cedat, et sibi sternat in via; id est sanctorum ſ scripta sedulus⁹ ad memoriam reuocet, quibus stantes ne cadant roborant, lapsos ne diutius iacere hortant, resurgentes vt virtutibus⁹ experti instruunt, exercitatos virtutibus⁹ premia i celis vt sperent erigunt: hyisq;

gressus sue actionis ne in lapidem offensionis et petrā scandali offendant premuniat. Ac sic etiam ipe cum ceteris fidelibus redēptoris sui vestigia sequatur: passionisq; ac resurrectionis eius misteria, digna mentis puritate veneretur: q̄ electis o nibus membris videlicz suis in remedium vulneriū simul et celestiū gaudiorum pignus dare dignatus est iesus christus dns nr̄: qui vivit et regnat cū pe in vnitate spūs sancti deus: per oīa secula seculorū. Am̄. Feria 3ra p̄ palmarum lō

In illo tempore: Ante sex dies pasche sancti euā n̄ sm̄ Johānē venit iesus betaniā: ubi lazarus fuerat mortuus quem suscitauit ihesus. Et reliqua. Omelia venīb bede pbri de eadē lectione

Doris esse prudentium solet non solū ex eis q̄ recte ac prudenter apprehenderint: verum etiam ex illis q̄ aliter gesta seu dicta cognouerint, prudenti addiscere virtute. Quer nimirū ut imitent sequendo: illa ne incurrunt deuitando. Quod nos frēs dilectissimi in hodierna sancti euangelij lectiōe fatere ratio rogit: non tm̄ videlicz deuotionē amatorum christi ad exemplū discere virtutis: sed perfidiam considerare, et consideratam citius declinare persentium. Sequamur em̄ necesse est illarum prudentiū feminarū, quas tanta fide dilectione dño adhesisse cognouimus: fugiamus insipientiā pontificū et phariseorū: qui sapientiā dei circūvenire insidijs et interficere querebant. Caueamus de mentiam eorum q̄ semi sanctificandi propter pascha ihero solimam ascenderant: sed obliti sanctificationis in ipsa domo ozonis salutaris necem tractabant. Imminebat pascha quo sanctificatum quemq; ac mundū ad esum agni venire oporteret: et ipsi qui sanctificandi ad templū ascenderant sordidiores iam de conspiratiōe effundendi sanguinis descendebant. Curemus solerter q̄a pasche nobis tempus appropiat: ut illo iam veniente sanctificati ad altare dñici accedamus, nō agni carnes cōmesturi: sed nostri redēptoris misteria sancta sūpturi. Mundemus nos ab oī inq̄namento carnis et spūs: perficientes sanctificationem in timore domini. Nemo domū oīonis convertat in speluncā latronū: nemo membris christi mortis lapsos parans: nemo manens adhuc in morte ad accipienda vite misteria p̄sumat accedere. Qui em̄ nō diligit: manet in morte. Diligamus christū in seipo: diligamus in membris eius. Queramus dñm: et vivet aīa nostra. Queramus autem eū non sicut impij ad occidendū: sed ut fideles perpetuo fruendū. Querebant igr̄ ihesum: et colloquebantur adinuicem in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum? Querebant enim iudei iesum sed male querebant eum: ut veniente ad diē festum interficerent. Queramus autē nos illū stantes

in templo dei et perseuerantes vnanimiter in oꝛone ⁊ et collo
quiamur ad inuicem psalmis ymnis cãticis spiritalibus in gra postulantes ipsũ venientẽ ad diẽ festũ nrm: vt sua nob̃ p sentia illustrare, sua ipe nobis dona sanctificare dignetur. Dederunt aũt pontifices et pharisei mandatũ: vt si quis cognouerit vbi sit indicet, vt apprehendant eum. Demum et nob̃ inuicẽ mandatum frẽ mei ⁊ vt si q̃s cognouerit in cuiꝰ coꝛde fris vberioꝛa sint viscera mie, maioꝛ humilitas benignitãb, modestia, pacũ, ceterarũq; habundantioꝛ copia virtutũ, psentis videlicꝫ indicia ch̃i, indicet confestim vbi sit talis: vt vestigia ch̃i q̃ apud eũ sunt inuenta fideliter imitando teneamus. Scienꝫ autem dn̄s conspiratãsse de se occidendo iudeoꝝ non fuga insidiantium declinauit manub̃ ⁊ sed certus de gla resurrectionis p̃mo venit bethaniã proximam iheroſolimiꝫ ciuitatem, vbi lazarũ suscitauerat a mortuis: deinde etiã iheroſolimam, vbi ipse pateretur et resurgeret a mortuis. Iheroſolimã quidẽ vt ipe ibi moꝛeretur: bethaniã vero vt resuscitatio lazari cunctoꝝ memorie arcius imp̃neretur ⁊ et magiꝫ magisq; confunderent, atq; inexcusabiles cõuincerentur impii p̃ncipes, ⁊ occidere non timerent eum q̃ suscitare posset a mortuis: et nec bñficiis suscitationis pronocati, nec diuina suscitantis virtute perterriti, animoꝝ ab impietate retraherent. Et ne direrent machinatoꝛes callidi fantastice suscitatũ fuisse lazarũ: facta ibi dn̄o cena, et ipe vnus erat ex discumbentib̃ cũ eo ⁊ vt dũ viuentẽ loquentem epulantem cum suis familiariter cõuersantẽ viderent, siue audirent: vel sic suscitantis potentiam agnoscerent, et acciperent gram. Mistice autem cena hec dn̄ica, vbi martha ministrabat, et lazarus inter alios discũbebat: fides est ecclie q̃ per dilectionẽ operatur. Vnde alibi dn̄s de crediturib̃ i se populis dicit ad discipulos. Ego habeo cibũ manducare: quẽ vos nescitis. Et hoc exponens adiunxit. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: vt perficiã opus eiꝰ. In qua cena martha ministrat: cũ ait quecq; fidelis operã dn̄o siue deuotiõib̃ impedit. Lazarus vero sit vnꝰ ex discũbẽtibus cũ dn̄o ⁊ cũ etiam hij q̃ post peccatoꝝ mortẽ resuscitati ad iusticiã sunt, vna cũ eis qui in sua permanserẽ iusticia de p̃nitia veritatis exultant: penitentes simul cũ innocentibus celestis gre muneribꝰ alunt. Et bñ eadem cena in bethania celebꝛat ⁊ q̃ est ciuitas in latere montis olyueti: et interp̃tatur domus obe. Domus nãq; obedientie ecclesia est: q̃ fideliter dn̄i iussis optemperat. Et ipa est ciuitas q̃ super montẽ constituta nunq; põt abscondi: ipsa q̃ de sui latere constructa redemptoꝛib̃, id est aqua ablutionis et sanctifi cationis q̃ de ipsius latere, p se moꝛientis exiret ibuta est.

Vbi etiam altera ſoror lazari maria, in magne indiciū dilectionis, accepit libram vnguenti nardi piſtici pretioſi, et vnxit pedes ieſu: et extерſit capillis ſuis pedes eius. Quo facto nō ſolū ſuę dedit indiciū deuotionis, ſed et aliarum fideliū deo animarū ſignat pietatis obſequium. Sed pus notandū q̄ ſicut narrantibus matheo et marco didicimus, non ſolū pedes dñi maria, ſed et caput nardo perfudit. Nec dubitandū eſt, q̄a et ipa ſit mulier, q̄ ſicut euangeliſta lucas refert, quondā peccatrix ad dñm cū alabaſtro venit vnguenti, et ſtans retro ſecus pedes eius, lachrimis cepit rigare pedes eius, et capillis capitis ſui tergebat: et oſculabatur pedes eius, et vnguento vngebat. Eadē ergo eſt mulier. Sed ibi pedes ſoliū dñi prona vngebat, et hoc inter pñe lachrimas: hic aut gaudia iuſte operationis, et pedes vngere et ad caput quoq; vnguendū non dubitat erigi. Ibi quidē rudimenta penitentium: hic iuſtitiam perfectarum deſignat aiarū. Vñ recte tunc menſura vnguenti nō dē: nunc autē libra fuiſſe perhibetur. Quid nāq; per libram vnguenti, niſi pfectio iuſticie exprimitur? Tunc quale vngentū fuerit tacetur, nunc quia nardi piſtici id eſt fidelis, neq; extraneis ſpē by adulterati ſed pretioſi fuerit indicatur: vt perfecte fidei et actionis q̄ ſit caſtitas intimet. Per caput aut dñi q̄ vnxit maria ſublimitas diuinitatis eius: per pedes humilitas incarnationis exprimitur. Et pedes vnguimus eius: cū miſteriū ſuſcepte incarnationis debita laude prędicamus. Caput vnguimus: cū excellentia diuinitatis digna vbi opinione veneramur. Quid enim per vngentū, niſi bonus odor opinionis inſinuatur? Dante beato qui ait. Deo autem gratias, q̄ ſemper triumphat nos in chriſto ieſu: et odorem notitie ſue manifeſtat per nos in omni loco. Potest quoq; per caput dñi ipe mediator dei et hoim, q̄ eſt caput ecclie recte ſignificari: per pedes autem vltima quelibet membra eius nō inconuenienter intelligi. De quib9 in fine dicturus ē. Quādiu feciſtis vni de hijs frātribus meis minimis: mihi feciſtis. Et caput vnguimus dñi, cū diuinitatis eius gl'am, digna fidei ſpei caritatiſq; dilectione cōplectimur: cum laudem nois eius bñ viuendo dilatamus. Pedes vnguimus dñi: cum pauperes eius vbo cōſolationis ne deſperare in preſſuris debeant reſonemus. Eosdē capillis noſtris extergimus, cum de rebus q̄ nobis ſuperfluūt egentiū neceſſitati cōmunicamus: ſitq; de nobis quod ſeq̄t. Et domus impleta eſt ex odore vnguenti, q̄a pro modulo nro mūdus implebit ex opinione deuotionis, q̄m deū et proximum ſimplici puroq; corde venerari ac diligere pro

bamur: sitq; ip in amoris cantico sponsa gl'atur. Dū
esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suū.
Ubi aperte qđ maria semel fecerit: typice aut qđ omnis
ecclīa, qđ ria quaq; perfecta semper faciat onditur. Di
cit ergo vnus ex discipulis eius iudas scariothis: q erat
eū trāditurus. Quare hoc vnguentū nō venijt tricētis
denarijs. et datū est egenis? De impio traditoris ac co
plicibus nequitie eius: et nūc membra christi persequentibq;
sq; famā vitijs quā ipi nō merent, proximis q hanc hā
bent inuidere non cessant. Licet quidem putare possumq
iudā cura pauperū her fuisse locutū: sz prodit mentem
illius testis verax qui dixit. Dixit autē hoc nō qa de
egenis pertinebat ad eum: sz qa erat fur, et loculos hns
ea q mittebantur exportabat. Non ergo tunc iudas perijt
qū pecunia corruptus dominū prodidit, sed iam perditq
dnm sequebatur: qui loculos hns dnicos, et ea q mittebā
tur in eius ministerio portare, et furto exportare solebat.
Videns em dns cor iude, cupiditatis ia sorde pollutū, quidē
peiore proditionis sorde polluendū, cōmisit eius fidei, qcqd
habebat in sacculis, eiq; de hijs q vellet facere permisit:
vt vel collati honoris, vel habite memoria pecunie, mentē
ab ipsius venditione reuocaret. Verū quia semper auarq
eget, nec vnq; beneficioū perfidus meminit: impius a furto
pecunie quā portabat, peruenit ad traditionē dnī, quam
destinabat. Dixit ergo iesus. Sine illā: vt in diem sepul
ture mee seruet illud. Quasi innocenter interrogati iude, dns
simpliciter et māsuete quod ad ministeriū marie pertineret
exposuit: qā ipe videlicz morituros, et ad sepeliendū aroma
tibq; esset vnguendus, ideoq; marie cui ad vnctionē mortui
corporis eius quāuis multum desideranti peruenire nō lice
ret: donatū sit viuenti adhuc impendere obsequiū, qđ post
mortē celeri resurrectioē pficta nequiret. Unde bene marcq
dnm de illa dixisse testatur. Quod habuit hoc fecit: puenit vn
gere corpus meū in sepulturā. Quod est aperte dicere. Quia
corpus meum iam defunctum tangere non poterit, soliū qđ
nunc potuit fecit: puenit viuū adhuc funerandi officio do
nare. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autē
semper non habetis. Et hic magne moderamine pacie dns
non iudam arguit auaritie, et non pauperum gra de pecu
nia loqui: sed ex ratione demonstrat, non esse culpandos eos
qui ei inter homines cōuersanti de facultatibus suis minis
trent, cū tam paruo tempore ipse apud ecclīam corporaliter
mansurus: pauperes autem quibus elemosina fieri possit
in ea semper essent habendi. Cognouit ergo turba multa
ex iudeis qa illic esset, et venerūt nō propter iesū tantum:

sed et vt lazarum viderent quē suscitauit a mortuis. Curiositas hos nō caritas adduxit ad ihesum. Sed nos versa vice frēs karissimi si cognoscimus vbi iesus est, vbi mansionem facit, vbi bethaniam id est domum aīe obedientis in qua habitet inuenīt: veniamus illuc per contemplationē, non propter hominem tm̄ quē a morte aīe suscitatū spūaliter viuere donauit. sz vt bonā hominis vitā imitando, per hoc ad visionē ihu pertingere mereamur: qa pro certo cognouimꝰ vbi ihus est. Resurrexit enī post mortem, et ascendit in celū: ibi habet mansionem perpetuam. Ipsa est vera bethania: ciuitas sz celestis, quam nullus valet nisi obediens intrare. Studeamus venire illuc totis aī viribus. nitendamus illuc interni cordis affectibus: suspiremus illuc. Ipsum domꝰ illius conditorem petamus omnes: petamus singuli, vt inhabitemus in domo eius oībus diebus vite nostre. vt nō lazarū ibi videamus qm̄ suscitauit a mortuis, sz vt ipsi cū lazaro et ceteris sanctis resuscitati a mortuis, videamus voluntatē dn̄i: et protegamur a templo sancto eius. Cogitauerunt aūt principes sacerdotū vt lazarum interficerent: qa multi propter illum abibant ex iudeis et credebant in iesū. Ita certa cordis versutia, occidere velle suscitatū: quasi nō posset suscitare occisum, q̄ poterat defunctum. Et quidē se vtriusq posse docuit: q̄ et lazarū defunctū, et seipm suscitauit occisum. Sed nos frēs relicta malicia perfidorum, sequamur deuotionem fidelium, abeamus ab impiorū contubernio. nō sedeamus in consilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non intremus: credamꝰ in eum q̄ non tantū corpus sz et aīam saluat a morte. seruiemusq operando quod credimus, vt credentes vitam eternā habeamus in nomine eius: qui cū pre et spū sco viuit et regnat per omnia secula

feria 3ª post palmarū sermo de passione domini

seculorū Amen.

Sermonem dilectissimi de gloriosa dn̄i ihesu christi passione promissum, ita expectationi vestre intelligo esse reddendum. vt officium disserendi, et festo paschali seruiat: et ausibus impiis erroris occurrat. Qui enim dei filium, veram nostre carnis negant suscepisse naturam, inimici sunt fidei christiane. et euangelicam predicationē nimis imprudenter impugnant: vt secundum ipsos crux christi, aut simulatio fuerit fantasmatis, aut supplicium deitatis. Quod a cordibus piorū longe est repellendum: qa catholica integritas, nec macula perfidie, nec rugam potest habere mendacij. q̄ vnū christum, sic deum sic hominem confitetur: vt nec falsū homine, nec deū dicat fuisse passibilem. Quando ergo ab illo initio. q̄ in vtero virginis, vbi caro factū est, nichil vnq̄

inter diuinam humanamq; substantiam diuisionis extiterit
et per oia incrementa corporea vnius persone fuerint to
tius temporis actiones. ea ipsa tamen q inseparabiliter
facta sunt nulla permixtione confundimus: sed quid cui
nature sit ex opm qualitate sentimus. Neq; diuina enim
humanis preiudicant, nec humana diuinis. cū ita in
idipm vtraq; concurrant, vt in eis nec proprietas assuma
tur: nec persona geminetur. Transcursis igitur his q
passionem dñi precesserunt: qd documentorum habeat
sacramentum paschale tractemus. Nam exardescen
te ad effectum sui sceleris seuitia iudeorum: cū deus esset
in christo mundum reconsilians sibi, nulla vis templo cor
poris eius nisi permitteret potuisset inferri. Eidem
terribilis illa militū cohors, et a principibus et phari
seis missa cum gladijs et fustibus multitudo, ita vna
dñi voce perculsa est, vt cum turbe dicerent iesum se q̄
rere nazarenum, vndissetq; ego sum, nemo eorum sub
sisteret: sed oēs simul amisso membrorum officio retror
sum acti elisiq; corruerent. In quo vtiq; diuine erat pa
tis inditium. q̄ impiorū conatus non armis contrarijs
nec vllius creature potentis auxilio: sed sola vbi virtute
prosterneret. Quia vero saluando humano gni, alterius
operis ratio congruebat, nec posset sanguis christi pium
credentium fieri, si redemptor se non sineret cōprehendi. ad
misit in se impias manus, et cohibita est potentia dei
tatis: vt perueniretur ad gl'am passionis. Vanus itaq;
manis fuisset spes et nulli profutura imago tolerātie.
nisi vera diuinitas veris se humane carnis sensibus
induisset: et vnus dei atq; hoīs filius, aliunde intemerabi
lis, aliunde passibilis mortale nostrum per suū imor
tale renouaret. Et ideo mestitudine, ideo formidine nō
carebat: vt ad vincendas huiusmodi perturbationes, nō
solum sacramento nos susceptionis, sed etiā exemplo for
titudinis roboraret. Nam iniusta videretur eius ad pa
tientiam cohortatio: cui nulla esset in sua infirmitate
cōmunio. Verba autem dñi passiones ysaias propheta
ipsius voce pnunciat dicens. Dorsum meum dedi in
flagella, et maxillas in palmas: vultum autem meum
non auerti a confusione sputorū. Quod itaq; verbi
caro patiebatur, non verbi erat pena sed carnis: cuius
iniurie atq; supplicia, etiam ad impassibilem reduda
bant. vt merito ei dicantur illata, que in ipsius corpo
sunt admissa: dicente apostolo. Si em cognouissent:
nunq; dñm maiestatis crucifixissent. Obrecati em
iudei malitia sua: in quod prorupissent facinus nescierāt.

m

Onde misericors ihesus, qui etiam interfectores suos vellet
sua morte saluare: pro ignorantia sapientium de crucis al
titudine supplicabat dicens. Pater ignosce illis: quia nes
ciunt quid faciant. Nec intellectu eni cordis, nec auditu
auris, nec oculorum nituitu sentiebant, quem falsis testi
moniis appetissent, quem affligi patibulo coegissent: dū
in corpore hominis non agnoscunt substantiam deitatis.
Viderunt humilem, et non adorauerunt uniuersitatis
auctorem: nec intellexerunt pīatem iudicaturi, despicie
tes mansuetudinē iudicati? ut persecutores veri dei, et
negatores veri hoīs impietas una sociaret: dū serui formā
in christo et iudei estimant solam, et heretici asserūt falsā.
Dicant ergo isti fantastici christiani, que sua saluatoris
affixa sit ligno, que iacuerit in sepulchro, et reuoluto mo
numenti lapide que tertio die caro surrexit, vel quale
corpus ihesu discipulorum visui clausis ad eos ostiis in
gressus intulerit: cum ad abigendam cernentiū diffiden
tiam inspici oculis digitisq; tractari patentes adhuc fix
uras clauorū et rerens cōpuncti lateris vulnus exigeret,
ut si in tanta luce veritatis, tenebras suas heretica obdu
catio non relinquit, oīdant unde sibi spem vite pollicea
tur eterne: unde resurrectionis christi credunt se esse co
sortes. Non enī possunt cum apl'o dicere, christus resur
rexit a mortuis pīmitie dormientium? qa non sunt pī
mitie hominum: si non sunt de humana stirpe nature.
Qui enī pīmus oīm resurrexit, eius plenitudinis ē
portio quam pīcessit? et pie creditur hoc quod est in ca
pite inchoatum, in membris quoq; esse complendum:
quia sicut in adam oēs moriuntur, ita et in christo oēs
viuificabuntur. Amplectentes igitur dilectissimi chri
ane fidei spei unitum pignus non diuellamur a com
page corporis christi? in quo habitat sicut ait apl's
plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti.
Nam cum incorporea sit substa dei, quo corporaliter in ho
habitat? nisi qa caro nri generis facta est caro deitatis, et
in illo sumus deo repleti, in quo etiam sumus suscitati?
ut possimus cū apl'o dicere, nra autem conuersatio in
celis est? Unde etiam saluatorem expectamus dnm ihm
christum? q reformauit corpus humilitatis nre cōforme
fieri corpori gle sue: viuens et regnans cū patre et spū
sancto in secula seculorum. Amen. Feria quarta pl̄ do
minica palmarum sermo bti leonis pape de passione domini.

Desiderata dilectissimi nobis et uniuerso optabi
lis mundo adest festiuitas dnice passionis: que
nos inter exultationes spūaliū gaudioriū silere

non patitur. quia et si difficile est de eadem re sepius digne aptetq; disserere: non est tñ liberū sacerdoti in tanto diuine mie sacramento fidelis populi auribus subtrahere sermonis officium. cum ipsa materia ex eo quod est ineffabilis sandi tribuat facultatem: nec possit deficere quod dicatur, de qua numq; pt satis esse quod dr. Succumbat ergo humana infirmitas gl'ie dei: et in explicandis opib; mie eius, imparem se semper inueniat. Laboremus sensu, hereamus ingenio, deficiamus eloquio. bonum est vt nobis parum sit: quod etiam recte de dñi maiestate sentimus. Dicente em̄ propheta, querite dñm et confirmamini, querite faciem eius semper. nemini presumendū est quod totum, qđ querit inuenerit: ne desinat propinq̄re qui cessauerit accedere. Quid autem inter oīa opera dei in quib; humane admirationis fatigatur intentio, ita contemplationē mentis nr̄e et oblectat et superat. sicut passio saluatoris? De cuius omnipotentia que ei cū p̄re vnius et equalis essentie est, quotiens vt possumus cogitamus, mirabilior nobis fit in deo humilitas quam ptās. et difficilius capitur diuine maiestatis exinanitio: quā seruilis forme summa prouectio. Sed multum nob̄ ad intellectum iuuat. quod licet aliud creator sit, aliud creatura, aliud deitas inuiolabilis, aliud caro passibilis, in vnam tñ personā concurrit proprietas utriusq; substātie: vt siue in infirmitatibus, siue in virtutib;, eiusdē sit cōmunicatio, cuius et q̄lis. Hec fidei regula dilectissimi quam in ipso exordio symboli per auctoritatem apostolice institutionis accipimus: iesum xp̄m dñm nostrum, ūm filiū dei patris oīpotentis vnicum dicimus, eundem de spū sc̄o natū ex maria v̄gine confitemur. nec ab eiusdē maiestate discedimus: cū ipsum crucifixum et mortuū, et die tertia credimus suscitatum. Oīa em̄ que dei sunt et ī hominis simul et humanitas explenit et deitas. vt dum passibili impassibilis mest: nec vltus in infirmitate assiti, nec infirmitas possit in vltore superari. Merito beatus petrus apl̄us in huius vnitatis confessione laudatus est: qui cū dns quid de ipso discipuli intelligerent sciscitaretur, oīm celerrime ora preueniens, tu es inquit xp̄s filius dei viui. Quod vtiq; non reuelante carne vidit nec sanguine quorum obiectu interiores oculi potrant impediri. sed ipso spū patris operante in corde credentis, vt ad regimē totius ecclesie ꝑparatus, primus diceret quod doceret: et pro soliditate fidei quam erat predicaturus audiret. Tu es petrus. et super hanc petram edificabo ecclesiam meā: et porte inferi non preualebunt aduersus eam. Christiane igit

fidei fortitudo que portas mortis super inexpugnabile petrū edificata non metuit, vnum dñm ihesum christum, et verū deum, et verum hominem confitetur. eundem credens filium virginis qui auctor est matris: eundē natum in fine seculorum, q̄ creator est temporum. eundem dñm oīm virtutum, et vnū de stirpe mortalium: cuius pcti nescius, et in similitudine carnis pecati pro peccatoribus īmolatum. Cui vt humanum genus vinculis mortifere puarietatis absolueret seuienti diabolo potentiam sue maiestatis occultauit: et infirmitatem nre humilitatis obiecit. Si eīm crudelis et superbus inimicus, consiliū mie dei nosse potuisset: indecoctū animos mansuetudine potius tēperare, q̄ iustis odijs studuisset accendere. nec oīm captiuorū amitteret seruitutem: cum nichil sibi debentis persequit libertatem. Fefellit ergo illum malignitas sua. intulit supplitium filio dei: quod cunctis filijs hoīm in remedium verteretur. Fudit sanguinem iustus: qui reconciliando mundo, et premium esset et poculū. Suscepit dñs q̄d secundum propositum sue voluntatis elegit. admisit in se impias inf furientium manus: que dum propio incumbunt sceleri famulate sunt redēptori. Cuius etiam cincta interfectores suos tanta erat pietatis affectio: vt de cruce supplicans pri non se vindicari, sed illis postularet ignosci dicens. Pater dimitte illis: non eīm sciunt quid faciunt. De cuius vtiq̄ fuit oīonis potentia: vt predicatio apli petri, ex eis qui diperunt sanguis huius super nos et super filios nros multorum ad penitentiā corda conuerteret, et vno die baptizarentur fere trie milia iudeorū. fierentq̄ oīm vna aīa et cor vnum: paratorum iam pro eo mori quem poposcerant crucifigi. Ad hanc indulgentiam traditor iudas peruenire non potuit. q̄m perditionis filius cui diabolus stabat a dextris. ꝑ in desperationem transijt: q̄ sacramentū gnalis redēptionis christus impleret. Mā mortuo pro oīb⁹ impijs dño potuisset forte etiam hic consequi remediū: si non festinasset ad laqueum. Sed maligno corde, et nunc furtis fraudū dedito, nunc parricidalibus cōmerciis occupato, nichil vnius documentorum mie saluatoris insederat, nec ꝑ⁹ acceperat auribus dñi verba dicentis. Non veni vocare iustos sed pctores: et venit filius hominis querere et saluare quod perierat. Nec intellexit clementiam christi, qui non solum corporeis infirmitatibus medebatur, sed etiam vulnera debiliū curabat aīarū: dicens paralytico sanato, confidens esto fili remissa sunt tibi pcta tua. dicens et oblate sibi adultere, nec ego te

ꝯdempnabo, vade et ãmodo noli peccare: vt per oĩa opera
ſua oñderet in illo ãduentu ſuo ſaluatorẽ ſe mundi veniſ
ſe non iuditem. ¶ quo intellectu alienatus impius tra
ditor, inſurrexit in ſemetipſum non iuditis penitentib⁹
ſed furore pereuntib⁹: vt qui vite auctorẽ interfectoribus
vendidiſſet: in augmentũ dãpnationis ſue, etiã morie
do peccaret. ¶ Quod ergo falſi teſtes quod cruenti prin
cipes, qđ impij ſacerdotes in dñi ieſu chriſti miniſterio ig
nauia preſidis et famulatu imperite cohortis egerunt:
et deteſtandum vniuerſis ſanctis et amplectendũ fuit.
¶ Crux eñ dñi ſicut iudeorum mente erat crudelis: ita ẽ
in crucifixi vtute mirabilis. ¶ Furit in vnũ populus:
et miſeretur oĩm chriſtus. ¶ Quod ſeuitia infertur, pti
te ſuſcipitur: vt licentia facinoris eterne opus impleat
voluntatis. ¶ Vnde omnis ordo rerũ geſtarum quẽ pleniſ
ſime narratio euangelica peruenurrit ita fideliũ eſt
accipiendus auditu: vt ſalua fide actionũ q̃ tempore do
minice paſſionis impleta ſunt intelligamus, nõ ſolũ
remiſſionẽ pcorum in chriſto completã: ſed etiã formã
iuſticie eſſe pzpoſitam. Sermo eiuſdem ſecundus de paſſio
ne domini nri

¶ Dum multis modis dilectiſſimi iudaica impietas laborauet vt cauſam aliquam
perpetrandi in dñm ieſum ſceleris inueniret, et
mendatia q̃ falſi teſtes iniuſtis ſacerdotib⁹ fabulando
protulerant, nichil quod dignũ morte eſſet afferrent: hoc
quaſi inſuperabile reppererunt: vt dñm mundi affecta
ti regni inuidia perurgerent. ¶ Cũq̃ pylatus ieſum q̃n
fruſtra videbat argui vellet abſolui: calũpnioſe et minu
citer cõclamabant. Si hunc dimittis nõ es amicus ceſaris.
¶ Dis enim qui ſe regem facit: contradicit ceſari. Stul
ta in ſimulationẽ imprudenter pylate timuiſti. ¶ Formida
bile fuit nomen regum: et pro imperio ceſaris oppri
debuerit noue molitio ptãtis. Si dñandi conſilium tyã
nicus tibi prodidit apparatus, ſi prouiſio armoriũ, ſi con
gregatio diuitiarum, ſi pſidia detecta ſunt militũ: quid
eum grauari ſinis de affectata potentia? cuius ſpecia
lis fuit de humilitate doctrina? ¶ Romanis legibus nõ
contradixit? cenſum ſubiit didragma ſoluit, vectigalia
non inhibuit: que dei ſunt deo, et q̃ ſunt ceſaris ceſari
reddenda conſtituit? pauperiatẽ elegit, obiam ſuaſit, mã
ſuetudinẽ predicauit: hoc eſt vere non ꝓpugnare ceſarẽ
ſed iuuare. Veruñ ne in totum manus iudeorũ vidcat²
obiectio? diſcute diligentius preſes q̃d de dñi ieſu opera
bus notũ ſit: quid de ptate compertum. ¶ Cecis viſum
ſurdis auditum, claudis greſſum, mutis donauit eloq̃ū?

febres abegit, dolores resoluit, demonia cicerit, mortuos viui
Et ideo quia corpus [illegible] assumptū ablatum erat ex oculis nostris, et sideribus illaturus: necessariū erat, vt nobis in hac die sacramentū corporis et sanguinis cōsecraret: vt coleretur iugiter per misterium, quod semel offerebatur in pretium: vt quia quotidiana et indefessa current pro hoim salute redemptio, perpetua esset etiam redēptionis oblatio: et perennis illa victoria viueret in memoria: et per presens esset in gra. Vera vnica et perfecta hostia, fide estimanda nō specie: nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vñ celestis merito confirmat auctoritas: Caro mea ver[e] est cibus: et sanguis meus vere est potus. Recedat omne infidelitatis ergo ambiguū: quīquidē q̄ auctor est muneris, ipe etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantia corporis et sanguinis sui, vbo suo secreta potestate conuertit: ita dicens. Accipite et edite: hoc est enī corpus meum. Et sanctificatione repetita, accipite et bibite: hic est sanguis meus. Ergo ad nutum precipientis dñi, repente ex nihilo substiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, vasta terrarum: pari potentia in spiritalibus sacramentis, vbi p̄bet virtus, et rei seruit effectus. Quanta et q̄ celebranda bñficia vis diuine bñdictionis operetur, et quomodo tibi nouū et impossibile eē non debeat, quod in christi substantia, terrena et mortalia cōmutentur: teipsum qui iam in christo es regenerat⁹ interroga. Quidam alienus a vita, peregrinus a mā, a salutis via intrinsecus mortuus ejulabas: subito initiatus christi legibus, et salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclē non viuendo sed credendo transisti: et de filio perditionis, adoptiuus dei fieri ecclesiastica puritate meruisti. In mensura visibili permanens maior factus es teipso inuisibiliter, sine quantitatis augmento: cum idem atq̄ ipse esses, multo aliter fidei processibus extitisti. In exteriori nichil additū est, et totum in interiore mutatum est: ac sic homo christi filius effectus, et christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu, preterita vilitate deposita, subito nouā induit dignitatem: et sicut hoc quod in te deus lesa curauit, infecta diluit: maculata mutauit: non oculis sed sensibus tuis credita: sic cū ad reuerendū altare cibis sanandis ascendis, sacrum dei tui corpus et sanguinem respice, honore mirare, mente contige, manu cordis suscipe: et maxime hausto interiori assume. Quod si illius legis man quod legitur pluit illis man vt ederent: hoc vnicuiq̄ sapiebat, quod desiderijs concupisceret: aliud erat quod sumebatur, aliud quod videbat[ur]: inuisibiliter sapor ille in singulorū sensibus formabat[ur]. Sic ergo illud legis manna celitus illapsum, per multimodas suauitates,

nature sue meritū, et gnīs sui exredebat intuitū. et cū trenturā suam dispensatio largitoris multipliri diuersitate ronderet: p̄ bebat gust quod ignorabat aspectus. Juxta percipientis desiderium, este illi nouitas et dignitas nascebatur. vnūquēq; varijs et alienis saporibꝫ refitiebat melliflui pluuie illig donum: et multiplex sitri ymbris obsequium. Que cum ita sint: qđ illic auditas faciebat hic faciat. et si in corpore ribꝫ sapiebat in pectore deus credulitate proficiat: sicut legimus. Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus. Ideo qđ ibi delectatio optinebat in fauctbꝫ: hic bñdictio operetur in sensibus. Ad cognoscendum et percipiendū sacrificium veri corporis: ipsa te roboret potentia consecrantis. Qui tunc prefiguratꝫ latuit in manna: sit tibi nunc manifestꝫ in gratia. Ipsum autem fuisse in manne illig specie presignatū: etiam propheta euidenter ostendit dicens. Panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo. Et quis panis angelorum est nisi christo? qui eos cibo sue charitatis, et lumine sue claritatis exsaciat? Nunc panem dicente propheta septa die duplum colligis. sabbato autem non colligis: dum a p̄mo idest dñico die in lege tribuitur et in solo sabbato negatur. Jā tunc christus ab ecclā cui dñicum diem resurrectio consecrauit recipiendꝫ oñditur. et synagoge ad quam cultus sabbati pertinebat, negandus esse prediritur: dum dies iste, dies septimꝫ celestis panis fraude mulctatur. De quo pane vetꝫ narrat hystoria. nec qui plus collegerat, habuit ampliꝰ: nec qui minꝰ parauerat, repperit minꝰ. Eque eucharistie sacre perceptio, non in quantitate sed in vtute consistit. quod corpus sacerdote dispensante tantū est in exiguo: quātū esse constat in toto. Quod cum ecclā fidelium sumit. sicut plenū in vniuersis: ita integrum esse probatur in singulis. De quo sensu apostolica sna diuinata est dicens. Qui multa habet non habundabit: et qui modicum non minorabit. Si forte panem esurientibꝫ apponeremꝫ non ex toto perueniret ad singulos: quia particulatim et minutatim pro portione sua vnusquisq; presumeret. De hoc pane cum minus assumitur: nichil minus habent singuli quam vniuersi. Totum vnus, totum duo: totum plures sine diminutione percipiunt: nescit distributione consumi. Sacramenti itaq; huius formā etiam in iudeorū paginis inuenimus expressam. Nam de melchisedech in genesi legimus. Et melchisedech rex salem, protulit panē et vinū, et bñdixit abrahe: fuit aūt sacerdos dei summi. Dū a preputio idest a gentili populo circumcisio futura bñdicitur. ecclesia gloria predicatur: et synagoge infideli plebs ex gentibꝫ acquisita preponitur. Hic ergo melchisedech cuiꝰ genealogia

vel origo noticiam illis temporibus latuit, oblationem panis et
vini. hoc est christi sacrificium presignauit: de quo propheta
pronunciat, tu es sacerdos eternus secundum ordinem mel
chisedech. Nam et moyses de eo misterio loquens, vinum et sa
guinem sub una appellatione significat: et in benedictione
patriarche, dominicam passionem multo ante demonstrat ita
inquiens. Lauabit in vino stolam suam et in sanguine v
ue pallium suum. Aduertite quam euidenter constet vini
creaturam, christi sanguine nuncupandam. Quicquid adhuc
de hac duplici specie inquirere debeas: ipso dño attestante cog
noste. Nisi inquit manducaueritis carnem filij hominis, et
biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Ad
testimonium contra pelagij blasphemias euidentissimum et va
lidissimum est: qui arrepta asserere impietate presumit non
propter vitam, sed propter regnum celorum baptismum par
uulis conferendum. Sub hijs cum dei verbis, quibus euange
lista pronunciat non habebitis vitam in vobis: aperte intel
ligenda est eis alia munere baptismi varua, non solum gla ca
rere sed vita. Hoc itaque dominici sanguinis vinum, aqua esse mis
cendum, non solum traditione dns, sed etiam ipso genere passio
nis ondit. ex cuius sacro latere sanguis et aqua lancee illa
tione profluxit: sicut et propheta multo ante predixerat di
cens. Percussit petram et fluxerunt aque. Et apius. Bibe
bant consequenti eos petra: petra autem erat christus. Bibe
bant inquit de consequenti eos petra. Videt quod qui de chri
sto biberit gratia: sequitur eum christi mia. Sed et in salomone
de ipso dño predictum legimus. Sapientia inquit edificauit sibi
domum, idest corpus hominis assumpsit, in quo habitauit ple
nitudo diuinitatis: et subdidit sibi columpnas septem. Quia
illum benedictio spus sancti, benedictione gre septiformis ipleuit:
mactauit hostias suas, miscuit in crathera vinum suum: et pa
rauit mensam suam. Et in sequenti. Venite inquit et edi
te de meis panibus: et bibite vinum quod miscui vobis. Admix
tum ergo aqua vinum legimus, nunc mixtam q utrumque dns mis
ceri voluerit ingramus. Cum in iudeorum conuiuio nuptiali
vinum idest fides in eis deficiebat. vinum inquit deficiebat
quia fructum vinea negabat: de qua dr. Expectaui ut faci
ret uuas: fecit autem spinas. Un et sertum spineum capiti re
demptoris imposuit: qui dns nuptiali tpe, idest qui sponsus ecclie
sue, paschali exultatione iugenda aquas in vina conuertit.
Manifeste em prefigurabat multitudines gentium de san
guinis sui gra esse venturas. Per aquas em populos signi
ficari sacris aperitur eloquijs: sicut legimus. Aquas istas
quas vidisti populi sunt: et gens et lingue. Aduertimus at
in aqs figuram gentium demonstrari, in vino at sanguine

dñice passionis ostendi. dat sic dum in sacramentis vinum aqua
miscetur, christo fidelis populs incorporatur et iungitur, et fi
dem ei copula perfecte caritatis unitur: vt possit dicere cum
apl'o, quis nos separabit a charitate christi? tribulatio an
angustia an persecutio? Deus autem hominis susceptā sanc
tificatione miscetur: qñ ipso peccatore fides, affectus iustitie, mu
pietatisq; infunditur. Etiam in hoc ipso quod innumerosis tri
tici granis, panem confici nouimus: vnitatem constat assigna
ri populorum. Dicut eñ frumentū quod solita purgantis solli
citudine preparatur, in candidā speciem molarū labore perfi
citur, ac per aquā et ignē in vnius panis substantiam congre
gatur: sic varie gentes diuersiq; nationes, in vnā fidē conueni
entes, vnum de se christi corpus efficiunt. Et christianus po
pulus quasi tritici innumera milia sacrilegis nationibus fide
purgante atq; cribrante cernit. qñ discernit et in vnū quasi
infidelium lolio pertranseunte colligitur: et diorum testamē
torum fractione, velut frumenti gemino molarum opere
curatū nitescit. et in illam prime originis dignitatem, na
tiuo candore mutatur: ac per aq̄s baptismi, vel per ignem spūs
sancti, eterni illius panis corpus efficitur. Dicut ergo sepa
rari grana ab illis confecti panis adunatione non possunt,
et sicut aqua ad propriam redire substantiam in vnum per
mixta iam non potest. sic et fideles quisq; atq; sapientes q̄
redemptos se christi sanguine et passione cognoscunt, ita de
bent quasi inseparabilia membra corpori suo fidei conserua
tione et ardentissima religione sociari: vt ab eo non voluntā
te, nō necessitate seiungi, non vlla terrene spei ambitione, nō
denique ipsa possit morte diuelli. Ne dubitet quisq; primarias
creaturas nutu potentie, presentia maiestatis, in diuini corporis
transire posse naturam, cum ipsum hominem videat artificio
celestis nūe, christi corpus effectum. Dicut aut quicunq; ad
fidem veniens, ante verba baptismi adhuc in vinculis est ve
teris delicti: hijs vero cōmemoratis, mox exuitur omni fere
peccati. dita qñ benedicende verbis celestibus creature sanctis al
taribus imponuntur, anteq; summi nominis inuocatione cōse
crentur, substantia illic est panis et vini: post verba aute
christi, corpus et sanguis est christi. Quid autem mirum ē
si ea q̄ verbo potuit creare, verbo possit creata conuertere? Imo
iam minoris videtur esse miraculi: si id quod ex nihilo atq;
nostitur condidisse, iam conditum in melius valeat cōmutare.
Ne quire quid ei possit esse difficile, cui facile fuit visibilia
et inuisibilia, voluntatis imperio suscitare? cui facile fuit
hominē de limi materia figurare, vmaginē etiā sue diui
nitatis induere? cui promptum est eum sursū reuocare
ab inferis: restituere de perditione, reparare de puluere, de

de terra in celum leuare, de homine angelum facere, corpus humanum conforme corpori claritatis sue reddere, et figmentum suum in regni sui consortio sublimari: vt qui corpus nostre fragilitatis assumpserat, nos in corpus sue immortalitatis assumat. Ad quam gloriosa resurrectionem pius nos operibus preparare dignetur: qui regnat in secula seculorum Amen.

De resurrectione dni et de resurrectione nra spuali sermo septimus

Bene nouimus primum esse ab origine mundi hunc resurrectionis dominicum diem. Sicut enim in eo nunc gaudia, ita dudum in hoc tenera rerum fulsere principia. Felix quidem dum ex se primam pareret lucem, sed nunc felicior, dum ipsum ex inferis reddidit lucis autorem. Tunc inchoatus ad eandem materiam: nunc electus ad gloriam. Et ideo cum propheta exultemus et letemur in eo: qua iocundiores sunt illi dies quibus conuersamur, quibus nutrimur. Hodie ergo nobis inestimabili munere apparuit sol celestis ex abysso, exortus est oriens ab oriente: hodie nobis splendor emicuit de recta noctis caligine. Sed et fons luminis per conditionem idem mortis traditus putabatur inferno: sed de inferis rediit cum triumpho, sui vt sit diuerini gladio pertussoris armatus. Descendente ergo dno trepidauerunt tenebre ad subitum ignote lucis aspectum: et precelsum ac prefulgidum supernorum tartaree caliginis profunda viderunt. Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Vita et ineffabilis dei nostri pietas. Irruperat quidem mors paradysum, sed vita expugnauit infernum, legem mortalem, susceptam mortalitatis conditione calcauit: implens id quod prophetat testatur. O mors ero mors tua, et morsus inferni tuus que tanquam homine vicisse gaudebat, expauit subito predam suam, et in suo regno, a suo vt putabat debitore constricta est: a suo condempnata reo, a suo est subiugata captiuo. Ideo sub laqueis illigata et irretita perditio, dum deriperet subplantata est: dum interficeret extincta est, dum deuoraret absumpta est. Descendebat ergo lux ad tenebras: sed tenebre eam non comprehenderunt. Deposito qde corpore vmas atque habitas tartari sedes filius hominis penetrauit, sed vbi retentus esse inter mortuos putabatur, ibi vincula peccatorum ligata morte laxauit: et vnde difficile vlli vnquam vel solus redierat, inde ille cum spoliis ad superna remeauit. Hodie ergo dno resurgente, visa sunt multa sanctorum corpora resurrexisse: et apparuerunt in sancta ciuitate. Ne grediens ergo dns post diem tertiam fructu seru triduane peregrinationis vinctus reportauit, et vt oes eum de inferis regredi crederent: testes secum ad superos, et pones sub acte mortis exhibuit. Ecce quantum agit illa immensa pietas: pro

salute ac reparatione nostra. Propter nos sicut omib ad omnio
nem ducty est: et sicut dicit corpg meum dedi percutientibg, et
genas meas vellentibg, faciem meā non auerti ab increpatiōe
et confusione spuitorum. De summa itaq throni sui altre des
cendens terrena visitat. Infernā non despicit: suscepit mala
nostra vt tribueret bona sua. Estimemy in quātū plasma su
um diligere potuit ante culpam: quod sic glorificat post rui
nam. Que cum ita sint, lugeat et intremiscat confusa ātiq
supplantationib inuidia, cernat diabolg hoēm quem mortifero
vulnere in pmo parente prostrauerat: pene felicig ac nobi
lius resurgentem. Cere gratia pene maiora restituit: quam
fractura contulerat. Maximum quidem circa hominē diui
ni amoris insigne est: quod inter mundi principia ipsa ymā
ginem ac similitudinem dei sui seruus attrepit: sed pene āplig
est, quod nunc personā et formā serui dnīb auctor assumpsit.
Grandi quidem dignatione pmo hoī spiraculū vite de suo pg
formator infudit. Sed nunc pene maiorē charitate, pro eodem
hoīe iam nō sua dedit: sed seipsum impendit ac tradidit. Magnum quidē michi est de deo esse, me cm sentio opg suū. Sed mul
to plus est, quod transisse seipsum video in pretium meū: qnqdē
copioso munere ipa redemptio agitur, vt hō deū videre mereat.
Inter her quidem multū est, qd abstulit dyaboli nequitia: sed
multo plus est quod dei reddidit mia. Postremo magna qdē
fuit indulgentia conditoris assumptum de limo hominē, iter
paradysi amena cōponere: sed pene maior est gra, de profundo
inferi ad celorū regna sustollere. Suscepit ergo virtus exce
sa humanitatem nrām: vt tribueret diuinitatem suā. Sus
cepit et aiam et corpg. Et qa peccato obnoxig totg hō redimē
dus erat, totg hō assumitur īmolandg. Aut sic īmensa illa ma
iestas de nostro abstulit sacrificiū: de suo contulit pretiū. Sed
forte hic aliqs in corde suo dicat. Quid est, quod semetipsam
diuinitas humiliauit? Nonne poterat per virtutem et potētiā
brachij sui liberare a potestate dyaboli hoēm suum? vt necesse
nō haberet humanum corpus assumere: vt necesse nō habe
ret vniuerse miserie atq dāpnate conditionis iniurias ex
periri? sputis ac flagellis, contumelijs ac doloribg affici, cru
cis patibulo affigi? Hic nobis frēs ex multis causis, aliqua
interim dicende sunt, et breuiter explicande: qbg necesse habue
rit dnīs hominem assumere, et incarnationis sacramēta sus
cipere. Prima iustitie causa est, sicut ipe dnīs dicit: sine modo,
sic em decet nos implere oēm iustitiam. Pertraxerat em pmg
hō suo vitio et inobedientie lapsu, et proprie voluntatis impul su
seductg a dyabolo nō coactg. Sicut ipe hō in Genesi dicit, serpēs inq
seduxit me: et ideo per miam poterat ipsi reg redimi. Debebat p
potentiam ipsi inocenti liberari humana conditio: que per totū

originem hereditariū malū sperserat, et in omnes eius ramos, vitium radicis effuderat. Conditio ergo humana q̄ per pctm̄ p̄mi hominis tenebatur obnoxia: non imperio erat eruenda sed p̄tio. Potuit autem filius dei hostem humani gn̄is et in celo positus ipso nutu sue diuinitatis elidere. Sed ne quid tale vt superius dixim⁹ dyabol⁹ cōqueri posset, placuit deo secundū iustitiam suam pro humano gn̄e hominem p̄ūm̄ et īmaculatū, segregatū a peccatoribꝫ: sed talem nīa regio nō habebat. Non subuenire peccatoribꝫ poterat similis p̄to obnoxijs: nec interuenire pro seruis astrictꝫ legibꝫ seruitutis. Ex alia ergo regione venturus erat, vt posset offerri pro debitoribꝫ absolutꝫ, pro iniquis iustus, pro peccatoribꝫ innocens, pro hedis agnus. q̄ esset exterius eiusdem generis, non eiusdem conditionis ac longe alterius libertatis: similis michi equalitate substātie vel nature, sed īnocentie ac iustitie puritate dissimilis. vt et de meo haberet vn̄ pro me solueret: et de suo vn̄ penitꝫ in nullo debitor appareret. De meo igitur habuit vn̄ crucifigeretur: de suo vn̄ glorificaret. De meo vn̄ caderet: de suo vnde resurgeret. De nostro itaq̄ dedit p̄ti hostiā: de suo indulgentie tribuit gr̄am. De nostro ē q̄quid in passione dānatur: de suo ē quicqd b̄titudinis ex resurrectiōe conseritur. Nullum ergo habuit saluator nr̄ pctm̄ originale: q̄a nullū est virilis gn̄ationis passus exordium. Et ideo repulit mortem oibꝫ debitam, dum solus soluit indebitā: ac sic per indignissimam passionē, quia non habebat propria p̄ta: redemit aliena. Sic itaq̄ iustitia victꝫ est: et hoc vinculo virtutis ē humani gn̄is tantus inimicꝫ. Nam cum illi se homo vendidisset, sicut ait propheta p̄tis vestris venditi estis, et per pcti cōmercium solus illi hō debebat: ille deum consuetudinaria p̄esumptione decept⁹ appetyt: et dū occidit liberū, amisit obnoxium. Perdidit ius suū, dū inuadit hoēm nō suum. Totum ergo cum eo perdidit, q̄a nichil in eo quod tenere posset inuēnit. Sicut ipe dn̄s ait proximꝫ passioni ecce venit princeps mundi huius, et in me nichil inuenit: ac sic dyabol⁹ dum q̄rit q̄m occidere possit, inuenit q̄ dāpnare non possit.

Sermo eiusdem ortatus ruius supra de modo redemptionis humane nature q̄ diaboli laqis rapta subiacebt

Quodam loco sermo ihēremie prophete ministeria nr̄e salutis annūcians: ita dixit. Perdix fouet q̄ non peperit. Fecit diuitias non in iuditio: in nouissimo aūt dierum suorū derelinq̄t. Perdix dyabol⁹ pro nequitie vel multarum rerum gpauatiōe perhibetur. Ser auis quorumq̄ casu, vel fere alicuiꝫ incursu, p̄uata fuerit ouis p̄priis, insidiatur alienis: et nidi habitatiōe depulso, party iuadit extraneos: quos cū vsq̄ ad spē fetuum

genitali tempore consouerit: parentem eũ preda effecit nõ natura. Interea uerq; pẽ, uocanti ac clamanti similis: siluas questibq; replet. Tunc adulta iam soboles uoce propria genitoris audita queruli clamoris intelligit: atq; ita originariã sedẽ leta per uiolãt, nutrimenta gñis sui consecta, et adulteri nutritoris oblita. Quid ad hec dicis o homo, priosum uas sapientie, ymago diuinitatis? et possessor gñose rationis? Quid te creatori tuo subtrahis? Ecce etiam bruta aialia cognoscunt q̃d proprio debeant auctori: et q̃ nõ habent intellectum, habere probant affectum. Callidum peruasorem captiua gñatio dereliquit: remanet predo detectus. Quod non creauerat occupauerit? q̃ nõ genuerat mentito prĩs noĩe possidebat: nec consouebat miserandam sobolem, sed premebat. Sed ubi uocem per prophetas uel per semetipsum pig auctor emisit, ubi perditis salutifera charitas inclamat dicens, uenite ad me oẽs q̃ laboratis et onerati estis? aduertit quod noĩe oneris, ponds indicat seruitutis: ad pẽnos sing confestim animũ cucurrit examen. Tunc princeps mundi huius sub aduentu dñi saluatoris in dimidio dierũ suorũ perdidit, quos se usq; in finẽ seculi possessurũ esse credebat: et in gremiũ redẽptionis captiuitatem perditio inuita transfudit? Sed dicis hoc loco. Doce me quo captiuus fuerit mundus? expone michi captiuitatem: ut intelligere possim redemptionẽ. Jam primũ si passiones nãas et prauas consuetudines interrogemus: q̃d sit aĩe captiuitas euidenter agnoscimus. Verbi gratia. Qui uinolentia delectatur: ebrietatis que mr est uitiorũ captiuus effecit? Qui obscenis et fetide carnis illecebris occupatur: luxurie turpis dñe iugo p̃mittur. Qui ãbitu aliene rei auidis et esurientibus semper faucibus inflãmatur: in seruitium ardore cupiditatis abducitur. Qui crudelitate pascitur bestialis iracundie: cruenti furoris dñio subiugatur. Inde est q̃ dicit aplus: a quo em quis uincitur, eius et seruus est. Igit ergo gñe dyabolus uniuersũ adduxerat mundũ: quod ẽ cupiditatis depranatio, mãdati trãsmissa transgressio, cibi interdicti p̃sumptio, superstitionis dñatio, erroris impressio, ueritatis obliuio, ignorantie confusio, stultitie longa persuasio, mortifere ydolatrie consuetudo. in tantum ut solis lune, martis, mercurij, ionis, ueneris, saturni, et diuersis elementorũ ac demonum appellationibus dies uocitarent, et luci tenebrarum nomen ponerent: ut sub assidua cõmemoratione, honor falsorũ deorũ nunq̃ ab eorum ore discederet. Q̃s nõn habeat tm̃ sollicitudinis [illegible] circa memoriã redemptoris? Secundũ hec quis grauissimã neget captiuitatẽ in tanto mentis errore? Et quod peius est ista captiuitas

magis animas occupauerat, consilium tulerat, sensumq; la
queauerat: et ideo qui deseruerat rationis auctorē, merito p̄
mi intellectq perdiderant libertatē. Ac sic diabolq vniuersā
posteritatem in p̄mo parente possessam, blanda seductione cap
tiuā: ad studia cultq sui traxerat. Ceperat quos dereperat: et
stirpem quam vitiauerat in radice:, in fructibq possidebat.
Et propterea dnūs de celo in terrā prospexit super filios hominū:
et tanq̄ si redemptor ipse secū loqueretur et diceret. Videam q
quibq debitis egenus homo a diabolo teneatur astrictq. Si au
rum vel argentū deberet, si ere esset oppressus alieno: pro ratiōe
debiti necessario summa pecunie penderetur. Sed quid agimq?
q hereditario et antiquo p̄me natiuitatis malo premitur?
Secunda ergo natiuitate statū illiq īmoueamq? vt per baptis
matis institutum deo reuisetur, q̄ per originis debitū dya
bolo nascebatur: dūq regnatur spū operante per gr̄am, nic
hil inimico debeat per naturā. Improbā dexteram vetite ar
boris īportuna ingessit: extendamq pro illo īnocentes ī crucē
manq. Per lignū pena contracta est: per lignū culpa redi
matur. Sed prohibitu gustus male blanda suauitate deceptus
est: expietur delectationis esca, arcti et fellis amaritia. Sed su
perbie qua p̄cepti soluit, qua in habitū diuinitatis exarsit
obnoxius est: pro superbo tradat seipsum maiestatis? pro cri
mine eius q̄ maiestatis reus est: hoc reddi conuenit quod de
betur. Mortalis est assumenda conditio: et mors est offerēda
pro mortuo. Et ne sit quod diabolq captiuo suo per arborē de
cepto vltra possit obicere: ipse nunc sacras dapnabiliq extē
dam manus in arborē vite. Duplici bñficio hominē nostrū
sanguis crucifixi, et stelq crucifigentis absoluat: passio nr̄a
dū illū dapnat, huno redimat. Sic si interrogas et requiris
quare deq sub habitu humane carnis abscondituq, descendēdū
sibi ad terrena iudicauerit: ob hoc vtiq vt splendor ille diui
nus, vt diuina illa potentia, et ab hoīe facilq sustineri, et
"a" diabolo difficilq posset cognosci? et vt hō cui pariū legis ac
prophetarū p̄cepta profuerant, promptiq salutē suā quereret,
cū ad eū salq ipsa venisset: vt quia misso totiens de celo nō
corrigebatur imperio, presentie saltē instrueretur exemplo.
Qua inq̄ per se terrena dei filiq visitauit: vt fortiq destruc
retur tyranni dominiū per īperatoris aduentū. Sub ab
iectione formē seruilis latuit deq, vt dolosum supplantato
rem suis viriss̄im fraudibq irretiret? vt dū ille qui per cri
men ambitionis illicite obnoxium tenebat hominem, dūm
deū crucifigeret, maioris req criminis appareret: et sic au
toritatē dominantis amitteret, dū vicit culpā decepti hoīs
inanitas deceptoris? nec posset vlteriq subitere humanis
appetitis diuinitatis iniuriā, postq̄ parricidalē in deum

rcuꝫ extendiſſet audaciam: et ſic captiui cepit eſſe ꝯpunitas, ſeri predonib impietas. Sicut ergo mendacem quempiã nõ poteſt reũ tenere falſariub, ſicut nec adulterũ attruſatorẽ audet in ceſty, nec homicidã pẽno ſanguine cruenty: ſic dyabolũ dñari in homine pro ſacrilege cupiditatis exceſſu, ſequentib ſacrilegij prohibuit magnitudo. Sic im̃ in hoĩe diabolꝯ celeſtib regib offenſam exaggerare non potuit: poſtꝯ ipſi cruci regem celi per ſocietatem carnis affixit. Et q̃d mirũ ſi eũ q̃uẽ nõ agnouerat in maieſtate? agnoſcere non mereret in corpore? Sua magnꝯ preiudicijs irretity amiſit iuꝫ ſuum: dũ appetit hominem non ſuum. Nam ſicut in negotijs gerendis q̃tuor modis homo in cauſa cadere dr̃: ita quatuor modis plꝰ appetendi ſubire periculum pro iuris ratione perhibetur. Quibus quatuor? Deſt loco tempore genere quantitate. Loco: ſi alibi forte ſibi debitũ ſolui improbꝰ fenerator extorſerit: q̃ vbi cauſatio deſignabat. Tempore: ſi citius. Quantitate: ſi ampliꝰ petierit. Hõe: ſi alterꝰ rei aꝛ melioris materie, nec eadem q̃ ſcriptura continebat expegerit. Videamꝰ quo hic mõ dyabolꝰ in cauſa cecidit. Genere ſine dubio. Iſte em̃ illi debebatur per inobedientiã: ille deũ appetyt per ſuperbiã. Sic ergo plus petendi periculum humana ſpecie ſeducty, et deũ in ipſo perſecuty incurrit: et dum impie appetit ĩnocentẽ, perdidit debitorem. Sed iterum dicis. Cur̃e deꝰ hominẽ de poteſtate dyaboli per infirmitatem carnis, et non magis per virtutem diuinitatis eripuit? Quia humana conditio que per tranſgreſſionis culpam, obnoxia tenebatur inimico: nõ imperio erat eruenda ſed pretio, neceſſe erat vt pietati iuſticia miſereretur. Poterat miſer per mĩam redimi: non poterat reus per potentiã liberari. Innocentiby em̃ auctoritate: criminoſis interceſſione et humilitate ſuccurritur. Pro terra hõ ſi inobedientie lapſu, et libere mentis aſſenſu a diabolo ſeducty fuerat nõ coacty: a totiꝰ rationis et equitatis auctore mutandꝰ erat, nõ attrahendꝰ. Iuſtiſſimũ ſiquidem videretur: vt qui ceciderat voluntariꝰ, eligeretur inuitus. Videb quia dignantiſſimi medici ſtudium, infirmi ſui recusat aſſenſum? Pro libero arbitrio eſt excepta captiuitas: per liberum rurſꝰ arbitrium erat reſtituenda libertas. Diſs em̃ qui ianuam reſerat: etiam ſollicitudinẽ pulſantis expectat. Pulſantis im̃. Nam niſi labore ſtuduerit reparare quod perdidit: nec damnũ rei perdite, nec fructũ ſentiet reſtitute. Beneficiũ non poteſt cuſtodire: q̃ neſcit deſiderare. Deridetur munerantis donum, ſi nõ inueniat ſuſcipientis affectum. Quod ſi homo dei tantũ nutu et non etiam ſuo ſtudio liberaretur? Nunq̃d offerenda erat gr̃a redemptionis ingrato? Non ſuffecerat quod offerebat

indigno.ꝛet ideo vt rirnt rationale animal posset iustitia adhibere remedium: priuꝰ obedientie erat rereptura consiliū. Jor em elaborabat diuina prudentia.ꝛ vt qꝫ consensꝰ crimen intulit perdito, voluntas meritū conferat acquisito: et denotio reparati iustitiam reparatoris ostendat. Que cū ita sint, si hō de potestate diaboli per dei potentiā, et vt sic dictū sit per violentiam tolleretur: potuerat diabolꝰ qui hominem proprio vitio debitū possidebat, aliqd rationis asserre, ac de deo dicere. Juste rerum arbiter tuꝰ qdem est hō per creationē sed meꝰ cepit esse per culpā.ꝛ tuꝰ per naturam, meꝰ per inobediam: qꝫ maluit audire seductionē meā, qꝫ legem tuam. Tibi debetur iure: mihi crimine. Tuus est opere, meꝰ voluntate: qꝫ potuit preceptum tuū seruare, sed noluit. Me ergo per potentiam dei se iniquꝫ opprimi, posset diabolꝰ calumniari.ꝛ astutū et callidum deꝰ consiliū inplicat: et contra superbum humilitate confligit. Non em captiuū preripit: sed pretium quod suo captiuo preponderaret, et qꝫ predonē magis dāpnaret appendit: intentorem pcti, in forma priorꝭ illaqueat, humane auidā pcditionis inexplebilē bestiā per escā carnis illudit. Hō in se pronocat esurientē: et deꝰ prefocat deuorantem. Hic daniel maximꝰ prophetarū horrendū draconem, qꝫ spiritū diaboli preferebat solidioris tibi confecit.ꝛ sa tiens de pice et adype idest de duabꝰ substantijs vnā offam: qua assumpta qꝫ putabatur cibꝰ interijt. In pice hō intelligitur, deꝰ in adype demonstrat: qꝫ totꝰ puritatis rādor et pinguedo est bonitatis. Sed dicis. Quid tantopere necesse fuit, vt splendida illa et sincera diuinitas humane carnis experiretur iniurias? Quare non magis aliquod speciosum lucis corpꝰ assumpsit. Non ita est. Non hoc recipiebat ratio redemptionis nostre. Numquid lux ista pertransierat.ꝛ vt materiam lucis expiaturꝰ induceret? Per hanc itaqꝫ materiam creature, nec mortis conferre pretiū: nec resurrectionis preferre potuisset exemplum. Nichil michi contra hostem meum fiducie contulisset: si non in meo corpore triumphasset. Cur lucem susciperet hominem creaturꝰ? Inordinatum medici appeteret ingenium: si humeris suis imponeret illesum, et negligeret vulneratum. Illa necesse est sanitatis arbiter membra contrectet: qꝫ grauibꝰ morbis estuare perspexerit. In quo corpore tumet egritudinis causa: in ipso est exercenda medicina. Quid aliqd sollicitudo proficiet, si tū alium dolor tenet, aliū curet confouent.ꝛ si cum iste crebris anhelans pulsibꝰ vrgeat: alꝰ pro eo desideratis aquarū refrigerijs irrigetur.ꝛ Itaqꝫ sicut ad infirmum corpꝰ vel inopia confectū, nichil omnino beneficij vel fomenti peruenire posse dinoscitur, si

pro eo alteri robusto alicui corpori refectio vel curatio ministret: ita dispensatio redemptoris nullā nobis contulit utilitatem si non in nostra peregit carne virtutem. Et ideo diu in corpore meo vincit: ne contra hostem meū pig propugnator erexit. Sed dicis. Potuisset deus per aliquem cōmodig angelorum redēptionis nostre administrare militiam. Sic est ita. Nam inordinatum et indecens erat, vt quod factor condiderat, factura repararet: simul persona unig angeli valere non poterat ad totig mundi salutem. Propterea vt diximus tumig gnis humani dum in nerem dni aggredit̄ captini sui amissione proscribitur. Si ergo angelus pro hoīe pertulisset. nec diabolg tm incurreret criminis: nec deus tm pretulisset charitatis. Quis non per angelū, ꝙa absoluere creaturam non poterat: ꝙa impossibile erat vt conseruus seruis tribueret libertatem. Impossibile erat vt pīi cāpax peccata donaret: et dei famulg dei munig impleret. Prodesse eī preteritis seculis presentibg post futuris: soli vniuersorum seculorum dño cōpetebat. Dei mis solius erat vt mortem persequeretur in tartarum: et ereptum morti hominem portaret in celum. Sermo eiusdem nonus de sanctitate huius diei et de ablutiōe prīoī i baptismo

Jeb hec frēs si bene prospicimg duplici nobis sanctificatione veneranda est. Ipsa em iam in principio nascentis mundi prima facta est: quo nūc quoq in gl̄a beate resurrectionis electa est. Ipsa ab initio rudis seculi profunde caliginis et vaste noctis discussit horrorem: ipsa iam prima iocunde lucis nouū munus stupentibg intulit terris. Ipsa prima densissimas mundi tenebras infuso splendore dispersit: ipsa nunc quoq iustitie solem tartarea de sede restituit. Ipsa orty sui initio obscenam confusarum rerum faciem prima illuminauerat: ipsa nunc quoq nobis sedentibg in tenebris et in umbra mortis, spe resurrectionis illuxit. Protulerat quondā ex se lucē q̄ irradiaret profunda tenebrarum: nunc edidit iustitie solē qui reperat excelsa celorum. Prima viderat surgentem mundum. nūc quoq prima suscepit ac protulit mūdi dnm resurgentē: et ad celos mortis spolia triumphantis ab inferis reportantem. Duplici ergo solempnitate veneremur hunc diem. veneremur vt primā: veneremur vt tertiam. De hac em omnes scripture clamant: tertia die resurrexit. Hic ille fratres de prophetā cecinit: sed tenebre eā non cōprehenderunt. Sed ꝙd dico non cōprehenderūt? Imo splendidiorem potius reddiderunt. Nā quod corruptibile terra susperat, incorruptibile reformauit: quod terrenū et mortale, celeste restituit. Obstupescit natura rerum. Ecce cōtra

leges suas hodie de inferis vita processit: et per vias q̄ reditū non habebant, in vitā a morte remeauit. q̄ uīymmo mors ipsa in regione sua captiua, expauit subito talē mortuum: et quem debitorem suum putabat creditorē alīs exactorē esse cognouit. Quid mirū si btā et illustris ānia tartaro, nostro non potuit corpore includi? Legimus btm̄ ioseph carcerem in quo ipse missus fuerat in ptāte habuisse: et ex eo etiā alios liberasse. Ecce ioseph nr̄ nō solum illū inferni carcer quo clausus fuerat nō tenet: sed etiā alīs per eū mortis claustra lapantur. Legimus btm̄ helyam curru igneo [illegible] tum corpore ad superna ereptū: sed hec oīa implentur in christo. Ecce iterum helyas nr̄ igneo diuinitatis vehiculo corpore q̄ ascendit ad celum. Legimus btm̄ heliseū postq̄ sepultꝰ fuerat: tactu sui corporis suscitasse mortuū. Ecce iterū helisеus nr̄ mortuus, salutem morte sua largitur: et vitā sepultꝰ operatur. Libet plane et delectat hoc loco pissimi redēptoris et saluatoris carni ipsiq̄ baptismatis vel miracula vel immo mera beneficia fideli corde perspicere, libet sollicite perpendere quanta saluator nr̄ et redēptor in hac die innocentie munera per totum erogauerit mundum: quantū malorū numerū de conscientie libro gr̄a superueniente deleuerit, quātā multitudinē populi sui de inferni carcere eripuit: quātā in hac die penarum materiā incendia eterna perdiderint. Ecce quīdo iniquitatis sempiternus gehenne ignis exoptare, et expiare vix posset, subito sacro fonte submersum est: et de eternis debitis breuiter creditore transactum est. Veniant qui future resurrectionis gl̄iam sitiunt: iam nunc de ea ob remissionē peccatorum, digno miraculo reficiant fidem suam. Homo in fonte tingitur: et momentaneo lauacro ab inueterato malo p̄mi parentis abluitur. Diu aquis relinquit, q̄d flāmis debebatur: et sanctificatione secreta, sub felici vnda pristini hominis vetustas exuit, et quodāmodo hō intra se alter efficitur: renascitur inuisibiliter, renouatur in melius. Quantū oculis cernitur non mutatur: et tn̄ senectute deposita iuuenis ānia renouatur. Tanq̄ trino partu fontis in adoptione trinitatis effunditur, de celo medicina mittitur, sanantur vulnera que non sentiuntur: et mala q̄ se ipsi conscientie inseparabiliter miscuerant, diuine misericordie artificio separantur. Itaq̄ charissimi quod suū est deꝰ nr̄ operatur in nobis. Abstersit cordium nostrorum macrulas lauat sordes: et hijs q̄ male facte sunt ad insectū redactis, amissam quia potest restituit innocentiam. Sed opꝰ est vt ita elaboremus, ne quod ille laborauit iterū polluamus, ne rescindamus vulnera que ille sanauit: ne quod semel in nobis diluit vnda baptismatis, rursum exoptare necesse

habeat ignis inferni. Si ergo frēs charissimi per gram baptis
mi, et indulgentiam pcorum agnouimꝰ: iam in psenti spe
dā aiarum resurrectionem, in futurū credamꝰ esse corpoꝝ.
Nocs quidem preterire non pt. dies veniet et incognitā terram
de cuius limo pressimꝰ reuertemur, et hāc carnē spū indu
tā, corruptio deuoratura suscipiet. Rursum cū libuerit au
tori reparare opus suū, rursum exinanita in unū colliget
membra, reformabit puluis ī corpore, tegmine et amictu
cutis arentia vestient nerui ossa congregat disperſa
humectabuntur arida, viuificabuntur exanima: et ipſi
post longū exiliū redibūt aie ad tabernacula sua. In mo
mento ictu oculi vniuerse gentes de sepulchris suis ad nutū
dñi iubentis exilient. et populū quē inter gentes, diuer
sis temporibꝰ latissimo in vtero susceperat, vno ut sic dix
erim partu refundet in lucem: ac sic noua de corporibꝰ ve
teribꝰ vniuersa corpora, subito tamq̄ vnus hō ante cōspec
tum pyssimi redēptoris astabunt. Recipient ergo absq̄
dubio pristinā societatem spūs et caro: vt qui fuerint in
vita et vatione consortes, sint in retributione partiripes.
Manebit absq̄ dubio homini vita: aut in btitudinis, aut
in miserie conditione perpetua. Nūc charissimi in ptate
vite presentis est: vt btm̄ sit quicqd perpetuū erit. Occs q̄
dē vesurgemꝰ: sed nō occs īmutabimur. Et qui hos dies
male gubernauerint: velint nolint erunt corpora recep
turi sed in pabulū ignis eterni. Vero tunc dolore clamа
bunt collibꝰ operite nos: et montibꝰ cadite super nos. De
siderabunt morte, sed non inuenient: qa dū inueniendi
tempus fuit, desiderare noluerunt. Optabunt mori sed
nec licebit: quia vitā cum liceret optare noluerūt. Justi
vero glorioſe interruptionis veste precincti, ita vt possint
dicere illud conscidisti saccum meū, et precinxisti me letitia:
fulgebunt sicut sol in regno pris eorum, electi ad perpetua
gaudia. Nulla illis vita exsolesc̄it, nullā sentiet felicitas
mutationē: nullā sentiet etas longissima retroacti seculi
vetustatē. Jactata retro morte, quicqd in ante fuerit, vita e
rit. et participata cū illo q̄ nos ex nihilo fecit btitudine, si
cut illig vita initiū nō habet: ita nec terminū nō habet.

Sermo decimus eiusdē, quod xps morte prostrata aduersariū elisit, ho
nestiuitates iste charissimi et luminosiores erexit

Celebritates dñi dei, quas annua deuotiōe vene
ramur, sicut nobis in futurā vitā et glorią pol

licentur: ita etiam in preteritū de salutis nostre causa et occasione nascuntur. Ac sic qui nō colit² vt misereat², ita misertus est vt colatur. Ab eo ergo facti atq; reparati, nunc ipesiq; exultemus in bñficijs suis. q̄a meliores sunt illi dies q̄bus liberamur, q̄ illi q̄b; in vite huius pericula nascendo producimur: et ideo legim;. Quia melior ē mia tua sup vitas. Meliores em sunt dies q̄b; ad eternā vitā renascimur: q̄ illi quib; in hanc temporalē prorreamur. Siquidē maiora sunt dona gre: q̄ nature. In hoc gemino dei nri opere, ibi res virtutib, hic muneribs est: ibi potentia, hic mia cōtinet². Prima natiuitate terrena ingredimur: secūda celestib; p̄paramur. Sicut autē presentib temporib festa nos admonēt: hic ē ille q̄ pro mundi salute congressq;, sicut de fortissimo illo sapson legim;, plures inimicorum mortiq; interfecit, q̄ viuq; ortiderat. Refert et traditio secularium literarū, habuisse quendā in exercitio certaminis hoc genus virtutis ac roboris: vt quotiens in certamine succubuisset, totiens viriū suarum amicam ac nutricem terrā impulsu aduersarij contigisset. q̄ de solo surgens, magis ac magis in aduersarium p̄ualeret: ac sic deiectio prostrati, ostensio fiebat triumphi. Dabat em ei quodāmō infirmitas fortitudinē: lapsus palmā: ruina victoriam. Duo hec illi celesti athlete qui contra iacob legitur fuisse luctatus, totū hoc illi iustis aptari posse estimo: hec illis persone verius cōuenire, q̄ hoc in tēpore in arena mundi cū publico hoste conflixit. q̄ aduersarium cum effusus obtulit, prostratq; elisit, iacentēq; hoem directus erexit: mortēq; eis dū succūberet pertulit, ac mortuū dū resurgeret suscitauit. Hic est ille angelus q̄ cū iacob nocte luctatus est, sicut habem; in genesi. Et ecce vir luctabatur cū eo vsq; mane. Et cū preualuisset iacob: dixit ei angelus. Dimitte me: ia ascendit aurora. Respondit iacob. Non dimittā te: nisi bñdixeris michi. Et bñdixit ei angelus: et dixit. Si contra deum fortis fuisti. q̄ cuncto magis contra hominē p̄ualebis? Et tetigit angelus latitudinē femoris eius: ipe vero claudicabat pede. Quid est hoc? Qui vincit bñdicitur: et claudicat q̄ se vicisse credebat. In iacob ergo iudeorū populū: in āgelo cristus agnoscitur. Et vt sciam; in eodē angelo deū fuisse: ita dicit ipe bñs iacob. Vidi dñm facie ad faciem: et salua facta ē aia mea. Iacob ergo angelo succūbente p̄ualuit. Prevaluerit ad tēp; et in christi passione iudei: in illa refugietes diē, tota in

co impietate seuientes. Prenaluerunt qñ crucifixerunt: pua
lucrunt qñ occiderunt. Ergo cñ vicisset iacob: bñdici tñ se a
victo posse cognouit dicẽs. Non dimittã te: nisi bñdixeris mihi.
Quale mysterium. In certamine infirmior estimat: et ad
cõfirmãdũ bñdictionẽ idoneus inuenit. Aperte ẽgo aduer
sarios bñdixit: qñ et pro interficientibꝫ supplicauit dicens.
Dimitte illis dñe: qa nesciunt quid faciunt. Bñdicit victꝫ
q̃ liberat passus: interuenit reꝫ, absoluitꝫ dãpnatꝫ: qa et
aduersarijs si resipiscãt, redẽptionẽ tribuit interemptꝫ. Ad
ctiam illud est, qꝫ post illam rollurtationẽ, bñdictionẽ iacob
arrepit: et claudꝫ incedit? Sic em̃ ait. Et tetigit angelꝫ la
titudinẽ femoris eius: et claudicabat pede. Latitudo femoris
iudaici gñis ẽ multitudo. Quid est inqꝫ qꝫ uno pede clau
dicat? Hoc est quia de iacob, idest de iudeoꝝ gñe, ẽgo resur
gente parte credidit, pars in infidelitate remansit: et ab iusti
cie et vite semitis claudicauit. Quod aũt dicit ipe ãgelꝫ
dimitte me, ia em̃ ascendit aurora: hoc indicabat posse eũ
a morte vinci: nõ posse a se retineri. Sed post illã fugante
lucẽ passionis noctem: promittit illico esse resurrectionis
auroram. Et ideo celebrantes triumphũ fidei cõuersatiõe
decoremus: mianti in pauperes faciamꝫ. Imitemur deum
cui nulla corporaliũ rerũ forma consimilis est: habeamꝫ
in cunctis ymaginem bonitatis eiꝫ et patientie, emendemꝫ
errores: oremꝫ pro inimicis, pro detractoribꝫ obsecremus i
mitatores moysi: qui sororis contra se loqntis culpã oõne de
leuit. Oleo elemosine ptoꝝ sordes lauemꝫ, captiuoꝝ vin
cula nos videant astringere: et propitiũ illis impetremur
dominũ. Claudos carere humanitas diurna sustentet: hꝫs
quorum corpora morbꝫ rigidꝫ occupauit, et iugi tabe membra
soluuntur, propter repositam in celis mercedem sollicito mi
nisterio seruiamꝫ. Cñ nobis iudicij ptãs data fuerit, et ad
nos causa delata est: nõ personarũ consideratio, nõ rerũ sed
iusticie stabilitas pualeat: lex normã teneat veritatis: cha
ritas prona sit ad miam, nõ insultans penalibꝫ, sed cõdolens.
Facilis em̃ lapsus ad vitia est fragilitas conditionis humane.
Quicqd cernit in alio: hoc in se debet pertimescere. Cui
alig fuerit pro errore correptꝫ, illig emendatio nra sit cautio:
et super omnia qꝫasi culmen et corona virtutum, pietas
in deum toto cordis timore seruetur: ✠ Ste in octa
ua pasche de vera carnis resurrectione sermo vndecimus

Igne charissimi pijs studijs exultemus in christo sub pñti solemnitate: in q̃ nobis inferozũ diues spolijs, tertia die reddita est: resurrectio de profundis, lux de tenebris vita de mortuis. Ecce quantũ pro salute oviũ perditarum benigna pij pastoris sollicitudo discurrit. Sub uno eodẽq; tempore et hominẽ vsq; ad paradisum re-vocare dignat: et mortem vsq; ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo: et magnificentius in suis sedibus triumphãdã. Ad descensum itaq; celestis dñi profundũ inferni pandit: peregrinum sibi lumen inferi, nox eterna mirat. Expauit ergo nox subito non suũ mortuum: imo expauit mortẽ suam. Aderat enim ille q̃ diuũ per prophetam suum dixerat. O mors ero mors tua: ero morsus tuus inferne. Et ideo nõ solũ in eo inuenire nõ potuit quod teneret: sed etiã quos antea retinebat, reuertere ad superos se nolente cõspexit: et quẽ debitorẽ suũ putabat, exactorem potius experta est: et quẽ ipsi captiuũ inferni vinculis astringendũ esse credebat, quasi liberatorẽ cũ recepta captiuitate redire mirata est, atq; sic quẽ descensione hominẽ iudicauerat, deũ regressione cognouit. Potuerat enim dñs nr̃ charissimi, hostẽ humani generis sola maiestate prosternere: sine incarnationis humilitate, sine certamine passionis. Sed hõ qui propria trãsgressionis crimine tenebatur obnoxius, q̃ per culpam suã in carcere seruitutẽ: nõ fuit liberandus violentia, sed mira redimẽdus. Et quia deus equitas et iusticia ẽ: ipse sibi lex est. Et qa hõ iudicij sui ac iuris et liberi arbitrij proditi voluntate, voluntarius ceciderat: equius et salubrius fuit, vt q̃ per superbiã a diabolo persuasus fuerat ad mortem: a deo per humilitatẽ sollicitaretur ad vitam. Juste ergo ordine actũ est, vt q̃ per calliditatẽ malinoli serpentis nõ impulsus sed seductus fuerat ad perditionẽ: rursũ per sapientiã beninoli redẽptoris, nõ compelleret sed duceretur ad veram salutem. Et qui cũ sua voluntate corruisse videbatur, cũ sua rursum voluntate repararetur: vt esset virtuti ac remunerationi locus. Nõ ergo eũripuit per violentiã sed potius per iustã beninolentiã sollicitat et erudit ad vitã: qa benignitas prouocantis, etiã meritum desiderat accedentis: et dignantissimi medici studiũ, infirmi sui requirit assensum. Cuius ineffabilẽ ad erudiendos nos dignitatẽ: etiã psens euãgelij lectio declarauit. Ait em sicut audistis. Cũ esset sero die illa una sabbatorũ: venit ihesus ianuis clausis, et stetit in medio discipulorũ. Quid mirũ si dñs ad discipulos glorificatũ corpus claustris stupentibus intromisit: qui illeso matris pudoris signaculo ianuã huius mundi intrauit, cuius ortũ natura nescivit? Non dubitemus si potentia exercere videatur triumphantẽ: quem tam stupenda respicis egisse nascentẽ. Quid hic videbit iudei sepulto dño: descendentes et signatis lapidẽ cũ custodibus?

Que cum ita sint quo eū repellere obiecty repagulū potuit? quē non coercuerat pondus sepulchri? ymo quo eū obseratū dom̄ excludere potuit? quem includere mortis porta nō potuit? Quid mirū si substantiā corporis viri per clausa ostia trāsmisit, cui etiam penetralia supernorū et solis angelis familiare secretum patere consueuit? Cum ergo dixissent alij discipuli vidimus dominū: rndit thomas et dixit eis. Nisi videro in ms in manibus eius fixuram clauorū, et mittā manū meā in latꝰ eiꝰ: non credam. Quā bona ignorantia q̄ eruditiuit ignaros, q̄ instruxit incredulos: q̄ bona infidelitas q̄ seculorum fidei militauit. Nisi videro in ms in manibꝰ fixurā clauorū. Vox ista inquirentis est: non negantis. Dum hoc dicit doceri voluit: confirmari desiderauit. Et ideo ad eū dns ita ait. Infer digitum tuū huc, et vide manū meas: et affer manū tuā, et mitte in latus meum. Dum benignum prebet veritas modestiā trīsum: in aplō suo, non dubitationis vitiū, sed sollicitudinis instruxit affectum. Quia ergo illo tempore tanti mysterij nouitas ōservabatur: merito curiose perscrutatiōis non ē exclusa sedulitas. Accedit quod in hꝭ aplī ōbus, mūdi utilitas agitur. Vnig interrogatio: vniuersitatis īstructio est. Ostendit ergo manū et latus. Necessariū em̄ erat vt manifestariū p̄sens expressio cicatricū, crucifixi corporis faceret fidem. q̄a splendor noue lucis p̄stinā obduxerat veritatē: et agnitionē quodāmō claritatis obscurauerat. Visis ergo cicatricibꝰ: rndit thomas dicens. Dns meus: et deus meus. Nouo gne vestigia vulnerū diuinitati perhibent testimoniū: q̄a templū erat dei indumētū corporis vulnerati. Duas hoc loco in chro mirare substantias. Fixuram prosperit corporis: et deū predicat maiestatis. Vbi sunt q̄ dicunt aīas nouis in q̄bꝰ ante nō vixerint corporibꝰ induendas? Ecce in resurrectionis auctore hoc ipsum video resurrexisse quod cecidit. Et ideo mortui dormire dicuntur iuxta prophetā: nūq̄d q̄ dormit non adiciet vt resurgat? Quare mortem somno assimilauit? Quia in vero eodēq̄ homine, alter est q̄ in somno reuoluit? alter vero q̄ eiusdem sompni stupore ad vigilandi officia suscitatur? Non vtiq̄. Sed ipsa absq̄ dubio membra euigilasse credenda sunt: q̄ dormitionis sopore laxata sunt. Ita mors corporis quod in puluere confectura susceperit: idipm̄ discussa restituet, nec rude sed redintegrū. Vnde cognitum spūs recognoscet. Et propterea nisi

rium resurrectionis, etiam de minimis exponens, ita aplus loq̃tur: resurrectionem grano tritici cõparans. Etenim quod seminas non viuificat nisi prius moriatur. Si q̃n vt moris est fruges putribus sulcis agricola fenerante credimus, nil aliud est quod sepelitur in semina, aliud virescit in gramina: Sed singula quęq; corpora non de nihilo, sed de sui origine producuntur: et retentia de veteribus innouantur. Cum autem de resurrectiõe loq̃ret aplus dixit. Quod seminas nõ viuificat nisi prius moriatur. Videbamus quod susceperat hoc refundit, et vniuersi mq̃ seminum proprium corpus: nõ vtiq; a gñe suo alienum, sed nature suę proprium, et de nature sue qualitate reparatũ. Reuocabitur ergo in cõtubernium suũ pristinũ aię et corporis vnitas: sed nullis inq̃ seculis dissocianda germanitas. Nostrum ergo est gñã auctoris et redemptoris inniti, et ad illorum pertinere videamur de q̃bus aplus ait, simul obuiam rapiemur christo in aera et in nubibus: et sic semper cũ dño erimus. Dignũ enim esse iudicauit: vt germani corporis aięq; substantia cũ christo simul regnet in celo, q̃ christo seruiuit in terris. Sermo eiusdem vnde supra:

Resurrectio dñi nri ihu xpi carissimi cũ qua vniuersa gñis humane conditio resurrexit, sicut ingentia beneficia ita magna in se continet sacramenta: q̃ ideo aperta miraculis et misteriis, credulitate nostra sicut adimpleuit in preteritũ, ita corroborat in futurũ: vt ea q̃ similiter sunt predicta, id est sicut specialem ita q̃nalem oium resurrectionem: ita iudiciũ credamus et regnũ. Quę ergo euidenter que diu sunt expectata suscepimus: fiducialiter necesse est q̃ sunt expectanda credamus. Si fortis fuit fides q̃ experimenta precessit: fortior debet esse que iam manifesta subsequitur. Audiuimus euangelice lectionis oraculum. Cum esset sero inq̃t die illa vna sabbatorum, et fores essent clause vbi erant discipuli cõgregati: venit ihesus et stetit in medio eorum. Per obseratas itaq; ostia sacrũ dñici hois corpus illapsus: et exposita terrene consuetudine fragilitatis, clausis ianuis influxit deificata et glorificata substantia. Nichil nouũ e in virtutibus christi. Hic est ille q̃ inter ipsa adorande natiuitatis primordia sacra: ad nos inuiolato materne integritatis signaculo, natura stupente processit. Nec mirũ si inuptę sinus matris non resoluerat viriq: quos magis probatur sanctificasse contrectu. Ad superna remeauit: hoc e ille q̃ ex inferis remeans tartarei carceris eterne nullo aperiente trãsgressus cõueniens de monumento hoc est de corruptiõis loco incorruptũ corpus eduxit. Ait itaq; sermo diuinus. Venit ihesus ianuis clausis et dixit eis. Pax vobis. Quid miramur si

patib annunciat grām? post recentem de mundi hoste victoriam? Tale prius regem deferre decuit primum, post triumphum. Et cum hoc edixisset: ostendit eis manu et latus. Profert pijssimu liberator per vulnerū signa, celebrande redēptionis insignia? profert clauorum cōfixione corpus in sertū: et lancee illisione confossum. Quid est hoc? Exspoliata est fragilitas? exinanita mortalitas: sola in cicatrici bus permanēt reuerende testimonia passionis. Similiter illud solum, resurrectio unde erat credenda non abstulit. Vndit ergo manus et latꝰ? ne subito non eadem caro crederetur resurrexisse q passa est: ne causam ipsā glorie obscuraret fortasse lux glorie, ne splendor resurrectionis, fidē obduceret veritatis. Ostendit eis manu et latus. Cui paulo ante in tuo dñi corpore inspexerat, vt in dei lumine tui corpꝰ agnoscat, vt tm̄ de spe caperet gaudij, quantū de nouitate miraculi. Tangi itaq; se agnoscit, concessit: vt sacra illa caro et vera appareret et propria. Vbi sunt qui per infidelitatis deuia mortifero errore dilapsi, dicere audent alias defuncto rū in noua et in aliena corpora reuersuras? q dicere audent alias in vasa extranea refundendas, et in tabernacula peregrina redituras? Excitat hoc loco fidē nrām sanctꝰ apls thomas. Nobis cū ille interrogauit et credidit? nos illi erat eruditura dubitatio: nos illi roboratura confessio. Explorem⁹ cū eo dñi cicatrices cordis nri manu? inspiciam⁹ sensu, tangam⁹ affectu, utrum in ipo corpore q mortuū ē sit resurgendū: interrogem⁹ ipm dñi tumultū triduano onere vacuatum. Et quicunq; ille es q collatū substantie mee bñficiū, in corpꝰ transcribis alienum? ecce illud ipm video inferri celo: quod iacuit in sepulchro. Quid tibi inter hec iniquitas dolenda mentiris? sit enim de tuo puluere, nō de tuis ossibꝰ estimas reparandam? Hinc causa dicis in symbolo, credo carnis resurrectionem. Quo pt de carne dicere quod resurgat? si nō est ipa que cecidit? Nā sermo inse diuinꝰ dū absolute pronunciat quod resurgat: ipsam ostendit fuisse q iacuit. Hi corporib quod ante non vixit inouandā putas esse naturā: institutā dicere poteris, cōuincere nō poteris restitutā. Hi noua nescio qua hoēs carne formandi: tollit et ratio et appellatio resurgendi. Cum ita sint, nichil egit prioꝰ ille martirū sanguis, si non ipa caro honoratur

premijs que est probata supplicijs: si non ipsa in muneribus gaudebit, q̄ in doloribus triumphauit? q̄ ideo tolerabiliter doluit se afflictam: q̄a fideliter reddidit reformandā. Secundū hec si non in ea qua vixisti carne iudicando ea: non est q timeas. Quicūq; ille es vas criminū, aperi campū flagitijs: dimitte frena peccatis. Irrue secure ad culpam miles quisq; vitiorū? non est quod timeas: alig pro te supponitur ad penā. Non expauescas: et vetusta mīlitia, noua nescio qua pro te natura dāpnat². Si ita est, quātū video nocentibus morte succurritur: cruciatus īnocentibus preparatur. Patietur hec illa celestis sapientie plenitudo? vt exhibeatur adordinatum iustissimi conditoris examen? Irrationabili et inordinato modo vnus duorū corporū spūs antiquo interiori, nouus iungitur exterior? expectabunt vnā sententiā in ipso eodēq; homine vnig reg alter inopinus. Cū pro pio in puluere suo dormiens, vltra nō sentiet delictū proprium? et que ante non fuerat, subito nascetur ad crimē alienū? Sed non est ita. Non de nouis loquitur apostolica doctrina corporibus. Audi quo magister gentiū paulg quasi digito substantiam corporis nri beati thome in ore cōtingit et dicit. Oportet cū corruptibile hoc, induere incorruptelā. Hoc est dicere. Mortale nīm in quo nati sumus ipm de fauillis suis ita reparandum: ne vltra possit morte dissolui. Ipsa itaq; sumg exteriorib nri veste specialiter induendi q fuerammus exuti? vt ita ad pristinū reuersura collegium, aut de recognitione indigni cōmilitionis erubescat: aut de consortijs honorabili societate congaudeat. Que cū ita sint: audiamus prophetam resurrectionis presentiā ante tot seculā, velut sub oculis depingentem. Hec dicit dns deus. Ossa arida audite verbū dni: ecce ego īmitto in vos spm̄ et viuetis. Et accesserūt ossa ad ossa: vnūquodq; ad iunctura suam. Hoc prophetā ante annorū milia faciendū loquitur: quod sub resurrectione christi factū euangelista testatur dicēs. Et multa in illo sanctorū corpora resurrexerūt: et visa sunt in sancta ciuitate. Cum hec ita sint, q iubebamur quondā securitis tpibus implenda fiducialiter expectare: nefas ē ea cum iam sint impleta non credere. Audi ergo. Ossa arida audite verbū dni. Ecce īmittam in vos spm̄ et viuetis. Nō solum cōditor sed reparator ciuis materie esse cognoscitur: q spiritū funeribus pollicetur. Et īsequenti. Ecce ego aperiā tumulos vestros: et educā vos de sepulchris vris. Aduerte quod non aliquid reuens ex nichilo facit, q vitā aridis ossibus repromittit? aduerte quod viuificationē suā nō nouellis tribuit: sed vetustis cui vita seruit in tumulis. Reparā dū itaq; me in corpore meo, et circūdabor pelle mea, credo q

dem sermonib⁹ annunciatis: sed plus credo cicatricib⁹ resurgentis. Quas quidem resurrectione dñi ad confirmã dã vniuersitatis fidem speciales fuisse manifestũ est: vt per testes crucifixi corporis plagas, diffinitissime nouerimus oẽs sub reparationis die animas, ad corp⁹ proprium reuersuras. In nra vero resurrectione, nulla alicuius remanebunt indicia lesure: nulla penitus apparebũt vestigia vulneris aut debilitatis in carne: vtinã non inueniantur in corde. Elaborandum itaq⁹ est: ne sub illo tremende recognitionis examine, multe alie cicatrices manifestentur, aut reuelentur in medium vulnerũ flagitiorũ: ne plage conscientiarũ, ne horrende homicidiorũ mutule ne obscene fedi signa luxurie in illa die deficientib⁹ pre dolore oculis ingerantur. Et ideo custodiam⁹ totis viribus regenerationis dona, redẽptionis munera, sacre ymaginis ornamenta: vt q̃q̃ in conspectu iudicis nr̃i nõ diaboli vulnera, sed christi stigmata reparato in corpore p̃feram⁹: nec hostib⁹ nr̃ aliq̃d suum in membris nostris, sed sua in nobis redemptor nr̃ membra cognoscat. Quid autẽ dixit, ja vidisti me credidisti, bti q̃ non viderũt et crediderũt: si beatitudo est credere q⁹ ãnunciatur: quantomagis btitudinis erit videre quod creditur? Ideo autem dixit beati qui nõ viderunt et crediderunt: vt promissa celestia nõ intelligẽdo nec discutiendo acquirenda tibi noueris: sed credendum ad promerendũ. Ita q̃ "q̃" nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: tñ erit illuc in rei pñtia iocunditatis: quantũ nunc ẽ in fidei credulitate nec credis. Nulla aũt virtus ai ẽ credere ea q̃ videt. Et ideo dicit btũs aplus. Nam quod videt quis quid sperat? Dicat quod non videmus sperem⁹: per patientiam expectem⁹. Magnus itaq⁹ nr̃e dei fructꝰ est: reposita promissa sua q̃ nudũ posset vultu cernere, ia nunc spe prospicere atq⁹ nõ possidere: desiderata pre oculis habere, et q̃ insinuata sunt sensib⁹ tanq̃ aspectib⁹ subiecta diligere: et q̃ si iam reuelata munerũ facie, ita deo fideiussore gaudere: et per fidem minime dubitantes, honore testimonij promittentes, vt sit pro inquirentis studio pro credentis affectu, crescit future dulcedinis magnitudo: pro eo quod interim pmiũ speranti⁹ abscondit⁹, desiderium nutrit, et meritum dilatatur. Et ideo dixit q̃ magna multitudo dulcedinis tue dne, quã abscondisti timentib⁹ te: et

perfectiſti ſperantibꝫ in te. Quia bñtudo celeſtium pro
miſſorum illut in rei poſſeſſione donatur, ita iam nunc
in ſpei expectione proficitur. tanto ꝙ ditior erit vel beni
uolentia in remunerante vel gra: quanto amplior fue
rit in ſupplicante fiducia, illuminante et attendente ſenſu
rib⁹ deo nro. ꝙ cum deo pre et ſpu ſancto viuit et regnat
deus: per oia ſecula ſeculoꝝ. Amen. Sermo beati Max
imi epi de reſ

Non inmerito frēs hodierna die pſalmus hic legitur: in quo prophete exultandū precipit et letandum. Dēs enī creaturas ad huius diei feſ
tiuitatem dauid ſancto inuitat. Nā in hac die per reſurrectionem xpi aperitur tartarus. ꝙ per neophi tos eccleſie inmolatur terra: celum per ſpm ſanctū rese ratur. Aperto enī tartaro reddit mortuos. ꝙ inbuta ter ra germinat reſurgentes: celū reſeratū ſuſcipit aſcendē tes. Denīq aſcendit latro in paradyſum: ſanctoꝝ corpo ra ingrediuntur in ſanctam ciuitatem. Ad uuos mor tuu reuertuntur: et profecto quodam in reſurrectione xpi ad altiora cuncta elementa ſe tollunt. Tartaro quos hz reddit ad ſuperos: terra quos ſepelit mittit ad celū. ꝙ celum quos ſuſcipit, repzeſentat ad dm: et vna cadēq; opera tione ſaluatoris paſſio eleuat de ymis. ꝙ ſuſcitat de terrenis: collocat in excelſis. Reſurrectio enī xpi defunctis ē vita. ꝙ pctoribꝫ venia: ſanctis eſt gloria. Omnē ergo creaturā ad feſtiuitatem reſurrectionis xpi dauid ſancto inuitat. Fuit enī exultandū in hac die qua fecit dns et letandum. Sed dicit aliquis. Si in hac die gratulandū eſt, ips vtiq; gratulandū eſt quos dies ipſa cōplectitur. Celū aute et tar tarus extra huius mundi diem ſunt conſtituta. Quo ergo poſſunt ea elementa ad feſtiuitatem huiꝰ dei uoca ri. ꝙ huius diei ambitu nō cōtinent? Sed hic dies que fecit dns penetrat oia. ꝙ uniuerſa continet: terrā tartarūq; complectitur. Lux enī xpi non parietibꝫ obſtruitur. ꝙ nō elementis diuiditur: non tenebris obſcuratur. Lux inq; xpi dies eſt ſine nocte, dies eſt ſine fine. ꝙ vbiq; ſplendet vbiq; radiat: vbiq; non deficit. Quod autem dies iſte xpi ſit: apls dicit. Nox preceſſit: dies aute appropinqua bit. Preceſſit inquit nox non ſequitur. ꝙ vt intelligas ſuperueniente xpi lumine, et diaboli tenebras effugari et pctorum obſcura non ſubſequi: et iugi ſplendore pteri

tas caligines depelli, surripientia delicta prohiberi. Nam
ista hic dies christus celum terra tartarumq; colustret: scrip
tura testatur. Quod cum super terra fulgeat: dicit iohanes.
Erat lux vera: q illuminat oem homine venientē in hūc
mundum. Quod inferno luceat: dicit propheta. Qui
sedebant in regione umbre mortis: lux orta est eis. Quod
in celis dies permaneat iste: refert dauid dicens. Donā
in seculū seculi semen eius: et sedem eius sicut dies celi.
Quis autem est dies celi? nisi xps dns? De quo dicit pro
pheta. Dies diei eructat verbum. Ipse est em dies filij:
cui pr dies diuinitatis sue eructat archanū. Ipe mūd
est dies: qui ait per salomonē. Ego feci: ut oriretur in ce
lo lumen indeficiens. Sicut ergo diem celi nox omni
no nō sequit: ita et christi iusticiam pterit tenebre nō sequū
tur. Semper cum dies celi splendet, luret et fulget, nec ali
pōt obscuritate concludi, ita lumen christi semper micat
radiat coruscat: nec aliqua pōt delictorum caligine com
prehendi. Unde ait euangelista iohannes. Et lux in te
nebris luret: et tenebre eam nō cōprehenderūt. In resur
rectione ergo tua christe elementa oia gloriantur. Nam
et solem ipm arbitror esse in hac die solito clariorem. Nec
esse cū est ut sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius
passione condoluit. et cuius mortem lugubri quada cali
gine prosecutus est, eiusdē vitam nitidioris lucis splendore
suscipiat: et tanq bonus minister sicut tunc obscuratus est
ad exequias sepulture, mō coruscet in resurrectionis obsequū.
In passione em christi caliginum se nocte circūdedit: et in
decorū facinus mundo teste cōgemuit. Indicium em quodda
doloris in sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse,
et ultione quada indecorū crebis tenebras infudisse. ut q
rū mentē veritas imbuerat, eorū oculos veritas obcecaret:
nec lucret eis lumen mundi, a quibus fuerat lumē salu
tis extinctum. Damnatio igitur quedā ingeritur phari
seis: ut tenebras in die iudicij priorib; repromissas, ia apud
superos patiantur. Apud superos ergo crucifixo christo i
morantur tenebre: cum lux descendit ad inferos. Quid
mirū si apud superos sunt tenebre, cū lux descendit ad
inferos? Igitur frēs omnes in hac die sancta exultare
debemus. Nullus se a coī letitia priorum conscientia sub
trahat: nullq a publicis votis delictorū sarcina removeat.

Eterum pctator in hac die de indulgentia non debet desperare: est enim prerogatiua non parua. Si enim latro paradysum meruit? cur non mereatur veniam christianus? Et si illis dns cum crucifigitur miseretur? multo magis huic misebitur cum vesperget. Et si passionis humilitas tm prestitit confitenti? resurrectionis gl'a quantum tribuet deprecanti? Largior enim ad prestandu solet esse sicut ipsi scitis leta victoria: et addicta captiuitas. Sermo eiusdem unde supra de die paschę

Agnum fratres et admirabile donum concessit nobis deus, hunc paschę salutarem diem in quo resurgens dns, resurrectionem prestitit omnibus: et de pnis ad altiora consistendens, nos quoq; ad superiora de inferioribus in suo corpore sublenauit. Hunus enim secundum apl'm oes christiani: corpus christi et membra. Resurgente igitur christo: oia necessario cum eo sua viscera surrexerunt. Du enim ille ab inferis [illegible] transit: ad superos nos de nocte transire fecit ad vitam. Pascha enim hebraice transitus dr vel profectus: scilicet qa per hoc misterium de peioribus ad meliora transitur. Quis transitus e de pctis ad vitam transire et iusticiam: de vitiis ad virtutes: ad infantiam de senectute. Infantiam aut dixerim non etatibus: sed simplicitatibus. Habent et merita etates suas. In octiduis enim primis constituti eramus senio pctorum: resurgente christo renouati sumus in innocentia parulorum. Habet et christiana simplicitas infantiam suam. Dicit infans nescit irasci, fraudare non nouit, referre no audet. Sic et christianitatis infantia ledentibus non irascitur, spoliantibus no resistit: cedentibus non repugnat. Denig sicut iussit dns etiam orare pro inimicis, auferenti tunicam relinquere et pallium? verberanti maxillam prebere et alteram: nisi qm in hoc melior e christi infantia q natura. Illa enim peccare nescit, ista contempnit? illa per infirmitatem inocua e: ista e innocens per virtutem, atq ideo laudi magis ascribendu est, no tam male facere non posse q nolle. Ergo sicut diximus etates quedam sunt meritorum. Nam et senectus morum inuenit in pueris: et innocentia infantium reperitur in senibus. Denig quod in iuuenibus senectus quedam sit honestatis: dicit propheta. Senectus enim venerabilis est, non diuturna neq annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis. Ad apl'os aut iam seniores et maiores natu dicit dominus.

Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut puer iste: non intrabitis in regnū celorum. Reuocat igitur eos ad originis sue fontem, et retrorsum ad infantiā redire compellit. Sz ut qui corpore fragili senuerant, innocentie moribus renascantur: sicut ait saluator. Nisi quis renatus fuerit ex aq̄ et spū sancto: non intrabit in regnū dei. Dicitur igit̄ aplis. Nisi conuersi fueritis: et efficiamini sicut puer iste. Nō dicit, sicut pueri isti: sed sicut puer iste. Vnū eligit: vnum preponit. Videamus igitur quis ille tantus sit: qui discipulis eius proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe, nō de populo, nō de multitudine ceterorum: p̄cipue cū a per aplos vniuso mundo tribuit sanctitatis exemplum. Non inquam hunc de populo esse arbitror: sed de celo. Ipse est em̄ de celo puer: de quo dicit ysaias pphēta. Puer natus est nobis: filius datus est nobis. Ipse plane puer est: q̄ sicut innocens cū malediceret̄ non maledixit, cū pateretur non repercussit: q̄n potius i ipa passione pro suis orauit inimicis dicēs. Pater dimitte eis: nesciunt em̄ quid faciunt. Ita simplicitatem quā infantibus natura tribuit: dns mīe bonitate cumulabat. Iste ergo puer est: q̄ imitandus parvulis p̄ponitur et sequendus. Nam ipse dicit. Tolle crucē tuā: et sequere me.

Sermo beati Maximi epi̇scopi de solēnitate paschali.

Gaudendū nobis est fratres in hac die quā secuta dns continuata letitia: et in eius festiuitate iugi gl̄a gratulandum. Nec em̄ quia nox solēpnitati interuenit, gaudia nra preterdit, nec em̄ quia obscuritas distinxit tempora vespertina: resurrectionis lux vota eterna deseruit. Nobis em̄ heri et hodie dies vnus, dies ipe est: q̄a sicut dicit de saluatore beatus apostolus, ihesus christus heri et hodie ipe est. Ergo si ihesus heri et hodie ipe est, ipse atq̄ idem nobis semper dies ē: q̄a in ipo viuimus, in ipso mouemur, in ipso non morimur. Nō morimur inq̄, quia sicut luce christi, nulla pcli nocessit obscuritas: ita et viuentes in ea, nulla temporis assumit vetustas. Letemur ergo in christi resurrectionis die. Nos em̄ omnium, nos ē nostra letitia. Communis plane: q̄n ob illo surgente surrexim⁹. Omn̄s enim et reuixit saluti: q̄ pro omn̄i pcli addictus est passioni. Resurrexit igit̄ saluator a mortuis. Nouum res et nra: sz habet hec assertio ve

ritatem. ¶ Nam vt tertiã prophetarũ ostentula, angelorũ ministeria, aperta sepulchri penetralia, ipm dñm post resurrectionẽ cũ discipulis loquentẽ, cõuersantẽ, edentẽ, thomã quoq; clauorum vulnera etiam digito contrectantẽ: vt hec oĩa pretermittã: tñ fidem nrãm confirmat impietas iudeorũ. ¶ Nam sufficit ad credulitatem nrãm, eorũ nimiũ astuta crudelitas. Quo em diligentiq custodierunt tumulũ: eo constat illũ manifestius surrexisse. Quo plures posuere custodes: eo plures testium reliquere. ¶ Nam hoc procurauit diuina prouidentia: vt resurrectioni dñice, nõ solũ angeli, nõ solũ discipuli, sed et testimoniũ perhiberent quod est amplius inimici. Libentiq ergo accipimq: quod eum diligentiq obseruauerunt. Credimq em sub tot custodibq potuisse illũ prodire citiq ꝯ perire: et de tumulo iure dominũ progredi: ꝯ discipulorũ fraude subduci. Tanta em sollicitudine sepulchrũ obstruxit impietas: vt id nõ preualeret magq humana destruere: nisi sola virtq resurrectionis aperiret. Denicq dicit sanctq euangelista, priusq descendente angelo, magno terrã fuisse tremore cõmotam. vt fundamenta tumuli mouerentur: et percussos pauore custodes: q̃ venerat custodire mortuũ, esse factos vt mortuos. Vt mortuos inq. Dignũ plane iudicium, si cum iustq resurgit, pctor moritur: cũ reuiuiscit innocẽs, eiq iterficit² inimicq. ¶ Nam ideo nec progredientem cernere potuerunt: q̃a criminosas mentes terror oppresserat: dum sustinere fulgorem resurrectionis rutilũ non valebant. ¶ Maiore ergo sollicitudine pharisei dñm custodierunt mortuũ: ꝯ viuum sunt persecuti. Siquidem causa illos maior vrgebat. Intelligebant em facilius fuisse apud superos cum despici, ꝯ redeuntem ab inferis posse contempni. et q̃ tunc pdicans facile poterat occidi: nunc autem resurgens, iã non possit occidi, dicente apl̃o. Resurgens a mortuis iam nõ morit: mors illi vltra non dominabitur. Custodiebant ergo eũ sollicite in sepulchro: pcertim quia se dixerat die tertia resurrecturum. Custodiebant autem sollicite in sepulchro: q̃a necesse illis erat eum nõ iam doctorem timere, sed iudicem. Judicem inq. non sui tm, sed et crudelis sue sententie: qua filios posteros suos, suis sceleribq addixerunt dicentes. Sanguis eiq super nos: et super filios nros. Crudelis sub tali snĩa ꝯpie

tas iudeorum: que fatinore suo non solum ꝑtes liberos dãp
nat: sed etiam non natos occidit. Quantos enĩ hyat vote ad
constantium fatinoris vocant: quos scientia criminis nõ
tenebat. Crudelis mẽ impietas: quod posteros ante in
reatum vocat, qᷣ producat in lucem: ut priꝰ futuris con
tingeret perrare qᷣ viuere. Crucuti plane genitores q
ante ꝑcipide facti sunt qᷣ parentes: et anĩ eos socios suis
sceleribꝰ assumpserunt: quos utrũ sanguinis participes
possent hyabere nescirent. Non igitur mirandum est si in
saluatorem tam crudeles fuerunt: qui extiterũt ĩ suos pos
teros tam crudeles. Non ĩmerito in hyat die sancty dauid
sine exceptione precepit exultandũ et letandũ: in qua
die totiꝰ mundi gaudia celebrantur. Omnibꝰ enĩ letan
dum est: quia omnibꝰ prodest. Cunctis letandum est,
qa ẽ salutare: et ideo nõ adulatoria adhibenda ner fus
rata est letitia. Quisqs enĩ in christi resurrertione le
tatur: letatur potius qa in christo ipse surrexit. Inilla
enĩ nra portio, nra conditio, et mortem pertulit et re
uixit: et liret nos adhuc resolutio corpusculi maneat:
cepimus tunc in chro eterna vita iam viuere. Unde q
uis fragilitatem nram arceret ĩmature mortis ocasio:
in saluatore tñ didicimꝰ prius resurgere qᷣ perire. Ante
enĩ futuris homo resurrexit in christo: qᷣ vitam sortiret
in seculo. Non enĩ dñs tm gnationi resurrectionis presti
tit grãm, in cuius gnationis tempore resurrexit: sed etiã
seruturis postea populis hoc prouidit, ut prius essemꝰ de
resurrectione securi: qᷣ de morte sollicuti, et ante cum deo
viueremꝰ in celis, qᷣ conuersaremur cum hominibꝰ in ter
ris. In saluatore enim omnes resurreximꝰ: oẽs reuixi
mus: omnes ad celestia transmigramꝰ. Est enĩ in illo
christi homine vniuscuiusqs nrm caro, et sanguis et portio.
Ubi ergo portio mea regnat, regnare me credo: vbi dña
tur sanguis meus, ibi me sentio dñari: vbi glorificat caro
mea, me gl'osum esse cognosco. Quãuis igitur peccator de
hac coione gratie non diffidat: ipsa si prius non prohibent,
substantia nos requirit: si quoqꝫ delictu proprium nos exclu
dant, nature coio non repellit. Illam preter bonitatem
diuinitatis peculiarem nobis saluator debet affectu: qz
ipsa sicut deꝰ nr in ipso est: ita et sanguis nr in illo ẽ. Illi
misericordiam autem mihi debet prestare diuinitas: necessi

tudinem debet exhibere affinitas. Nec enī tam īmitis est deus: vt obliuiscatur hominis, et non meminerit illius ipm ipe gestat. vt quem causa mei susceperit: non eig causa que susceperit me requirat. Non mr tam īmitis est dominꝰ: vt nō diligat carnem suam, membra sua, viscera sua. Ait sanctꝰ aplus. Nemo mr carnem suam odio habuit: sed nutrit et fouet eam: sicut xps ecclesiam. Nichil ergo de venia desperemus frēs. nichil timeamꝰ de odio: habemꝰ prerogatiuam sanguinis nostri. In xpisto enī caro nra nos diligit. Sumus enī membra eig et caro: sicut dicit idē btus aplus. Hoc nunc os ex ossibus meis: et caro de carne mea. Sacramentum hoc magnū est: ego autē dico in xpo et in ecclesia. Exultemꝰ ergo fratres sicut ait scriptura in hac die dñi. exultemus plane: qa cū votis deum gratulamur, magis vota nra curamus. Quid enī dirit propheta? Hec est dies quam fecit dns. Bonꝰ plane dies: q lucem intulit vniuersis. Verum non qui huius seculi lucem: sed resurrectionis eterne. Lux enī ista non caliginem noctis detulit: sed mortis tenebras aputauit. Bonus plane dies: et melior hic mr ille in quo primum mundꝰ enituit. Ille enī hominibꝰ ad laborē creatus est: hic sanctꝰ ad quietem. Ille mortem meruit: hic medicinam mortis inuasit. Ille bonis malisq cois est: hic propriꝰ ē iustorum. Illig diei lux tenebris sepelitur: huius diei splendor etiam sepulturas illuminat. Ad postremū illius diei lucē mortui non vident. huius diei lucem etiam defunctis enituit: sicut ait propheta. Qui sedebant in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Letemur ergo in hac die. q et viuos circūfulget, et mortuos viuificat, et venturos illuminat: sicut ait btus euāgelista. Erat lux vera: q illuminat omnem hominē venientem in hunc mundū: ℟. Deamo eiusdē nig sup

Primus frēs ip ad similitudinem eue, petrū suos ostiaria mulier decepit: et sicut adā femina circūscripsit, ita et aplm femina circūuenit. Ostiatꝰ enī ad decipiendū sexꝰ est. Fraudis sue vasculum in ostiaria diabolꝰ recognouit: fideles viros non nisi per mulierem oppugnare cōsueuit. Ibi adam per euā superat: hic petrum vicit per ostiariā.

Fuit em̃ sicut legim9 in paradiso deliciarū diabol9: nec defuit sicut legim9 in pretorio iudeorū. Ibi īminebat sathanas serpens: hic iudas coluber perurgebat. Est ergo eadē similitudo deceptionis in petro q̃ in adā fuit: q̃m eadem est et similitudo mandati. Accepit em̃ uterq; a dño mandatum. Adam ne tangeret: aplus ne negaret. Ille ne lignū scientie presumeret: hic ne crucem sapientie per preteriret. Sed transgredientis utrq; precepti, pari mō delinquunt. Dubitat ille quod non licet: loquitur iste quod non decet. Et tm̃ facilior est negatio petri, quā pusillanimitas ade: citius enim apl's q̃ prothoplastus subuenit. Iunc eternum deus ad vesperum requirit erubescentē: illū dns pullorum cantu denegantē. Adam reus facti nudus erubuit: petrus conscius dicti correctus ingemuit. Ille tanq̃ deprehensus festinat ad latebras: hic tanq̃ emendatus prorupit ad lachrimas. Velut latenti et celanti se a diuinitate ade dicitur. Adam ubi es? Non q̃ adam conspectum dñi latere potuerit. sed quod pectatrici consciē nullus locus tutus vel certus sit: dum metuit deprehendi. Respexit dns petrum: et apertis oculis eius emendauit errorem. Recte oculis emendat: quia scriptū ē. Oculi dñi super iustos: et aures eius in preces eorum. Ergo petrus prorupit in lachrimas: nichil voce precatur. Inuenio enim q̃ fleuerit: non inuenio quod dixerit. Lachrimas eius ergo lego: satisfactionem non lego. Recte plane petr9 fleuit et tacuit. nā q̃ defleri solet, non solet excusari: et quod defendi non potest, ablui pōt. Iuuat em̃ lachrimas delictum: q̃ voce pudor est confiteri. Lacrime ergo vere cunctis cōsulunt pariter et saluti. nec erubescunt in petēdo: et impetrant in rogando. Lachryme tm̃ tacite quodā modo preces sunt. Veniam non postulant et merent. Ostensam nō dicunt et mām consequuntur: nisi quod utiliores lachrymarū preces sunt q̃ sermonū. Et sermo in pcando forte fallit: lachryma oīno nō fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium: lachryma semper totum prodit affectum. Et ideo petrus iam non utitur sermone quo fefellerat, quo pertimuerat, quo fidem omiserat: ne per id ei non credatur ad confitendum; quo usq; fuerat ad negandū. nec per hoc meruerit et crucis suā flere q̃ dicere: et quod voce negauerat, lachrymis confiteri. Inuenio ait

et aliud cur tacuerit petrus: ne sc̄z tam cito venie postula
tio, per impudentiam plus offenderet q̄ impetraret. Dolet
em̄ citius mereri indulgentiam: qui verecundi⁹ deprecat.
In oī igitur culpa ante flendum est: et sic deprecandū.
Primus iam in hoc exemplo: quemadmodū peccata nostra
curemus. Ecce nobis mḡt aplus quod negauit nocuit:
et plurimum profuit quod emendauit. Denicq; imite
mur eū dicentē alibi. Cum em̄ interrogatur a dño sy
mon amas me: tr̄idit tertio. Dñe tu scis: q̄a diligo te.
Ait dñs. Pasce oues meas. Et hoc tertio. Quod quidē
dictū ad compensationē prioris profecit erroris. Nā q̄
cum dñm tertio negauerat, tertio confitet̄ur: et quotiēs
culpam deliquendo contraxerat, totiens gr̄am confi
tendo conquirit. Videte quantum fletus profuerit pe
tro. Anteq̄ fleret lapsus est: postea q̄ fleuit electus est.
Et qui ante lachrymas preuaricator extitit: post lacri
mas pastor assumptus est. Et alios regendos accepit:
qui prius seipsum non rexit feia quinta post pascha. lō
In illo tpe. Maria stabat ad sancti euuageliū sc̄m joānē.
monumentum foris plorans. Et relq̄. Omelia origenis de
Et pnti solēnitate loquitur⁹ auribus vr̄is hēc omelia pulcherrima ar fecit dignissi. de sancti amore marie magdalene ad dominū nr̄m.
charitatis dilectissimi amor in memoriā venit
quo maria magdalena dñm nr̄m. ihesum xpm
super omnia diligendo, discipulis fugientibus
eū ad mortem euntem sequebatur: ar veri amoris igne
succensa nimio ardoꝛ desiderio, indesinenter ploraꝫ a
monumento non recedebat. Maria em̄ vt euangelis
ta testatur: stabat ad monumentum foris plorans. Au
diuimus frēs matriam ad monumentum foris stantē
audiuimus plorantē: videamus si possumus cur staret fo
raꝫ: videamus et cur ploraret. Prosit nobis et illam
stare: prosit nobis et illam plorare. Amor faciebat eam
stare: et dolor cogebat eam plorare. Stabat et circūspicie
bat: si forte videret quem diligebat. Plorabat vero, q̄a
sublatum estimabat quem querebat: cuius etiā dolor re
nouatus erat: q̄a quem prius doluerat defunctū, nunc
dolebat ablatum. Et iste dolor maior erat: quia nullam
cōsolationē habebat. Primū fuit causa doloris: q̄a vnū
perdiderat. Sed de hoc dolore ali⁹quantulū cōsolationē habebat:

quia se mortuū tenere credebat. ¶Nunc autem de illo dolore consolari se non poterat, qa corpus defuncti nō inueniebat. ꝫ metuebat ne amor magistri sui in suo pectore tabesceret: si eius corpus non inueniret. Venit aūt maria ad monumentū deferens secū aromata aut unguenta q̄ preparauerat. ꝫ ut sicut pedes viuentis antea unguento pretioso unxerat: sic sibi corpus unguento ungeret, et aromatibus condiret. Et sicut prius ad pedes eius lachrimas fuderat: sic nunc ad monumentum lachrimas funderet. ¶Fluerat prius et lachrimis suis pedes eius rigauerat pro morte aie sue: veniebat nūc monumētū lacrimis rigare pro morte magistri sui. Cum autem non inuenisset corpus in monumento labor perijt unguenti: et dolor creuit lugenti. Defuit obsequio: sed nō defuit dolori. Defuit quem ungeret: sed nō defuit quē ploraret. Eo q̄ magis plorabat: qm quo ille magis decrat. ¶Plorabat em̄ vehementer maria: qm̄ additus erat dolor super dolorem eius. Duosq̄ dolores nimios habebat, unū gestabat in corde: aliud in corpore. Quos mitigare lachrimis volebat, ꝫ non valebat: et ideo tota posita erat in dolore. ¶Mente et corpore deficiebat: et qd ageret nesciebat. Quid em̄ mulier ista poterat agere nisi plorare. ꝫ intolerabilē habebat dolorem, et nullā inueniebat cōsolationē. ¶Petrus qdem et iohannes venerūt cum ea ad monumentū: sed non inuento corpore abierunt ad semetipsos. ¶Maria aūt stabat ad monumentum fortius ploratus: et quasi desperando sperans, et sperando persuerans. ¶Illi timuerunt et non steterunt. ꝫ maria non timebat: qa nil suspicabatur sibi supesse, pro quo timere debuerat. ¶Perdiderat em̄ magistrū suū quem singulariter diligebat. ꝫ ut preter ipsum nil posset diligere: nichil posset sperare. ¶Perdiderat vitā anime sue: et iam melius arbitrabatur fore sibi mori q̄ viuere. qa forsa inueniret morientē quē inuenire non poterat viuentē: sine quo tñ viuere nolebat. Fortis em̄ ut mors dilectio. Quid em̄ aliud mors faceret in maria. ¶Stata erat exanimis: facta insensibilis. Sentiens non sentiebat. ꝫ videns non videbat. audiens non audiebat. Sed nesciebat ubi erat: sed toto corde ibi erat, ubi magister suus erat. Deinde ubi esset nesciebat. Querebat et nō inueniebat. ꝫ ideo stabat ad monumentū et plorabat: tota lacrimabilis tota miserabilis.

• fluerat

magis

O maria quid spei, quid consilij, quid cordis erat tibi: vbi so
la stares ad monumentum discipulis abeuntibꝫ? Tu ante il
los venisti: et cū illis non rediisti: et post illos remansisti.
Cur hoc feristi? Sapiebas plus illis: aut diligebas plus
quā illi? Quare non timebas vt illi? Vere nichil sapiebat
nisi diligere maria: et pro dilecto dolere. Oblita erat timo
rē: oblita erat semetipsam: oblita erat denicꝫ oīa, pter illū
quem diligebat super oīa. Et quod mirabile est, sic erat ob
lita: vt etiam ipsum nō cognosceret. Credite michi: si ipsum
cognosceret in monumento non quereret. Et si verba eius re
tineret, nō de morte doleret, sed de viuente gauderet: nec de
sublato ploraret: sed de resurgente exultaret. Dixit em̄ ihe
sus quod sic morereꝫ: vt tertia die resurgeret. Sed proh
dolor cor eius dolor nimius replenerat: et memoriā horum
verborū habere non poterat. Denicꝫ em̄ nullꝫ in ea remāserat.
Omne consiliū in ea perierat: spes oīs defecerat: solūmō flere
supererat. Flebat ergo: qm̄ flere poterat. Et dum flebat incli
nabat se: et pro spexit in monumentū. Et vidit duos ā
gelos in albis sedentes: vnum ad caput: et vnū ad pedes. Di
cunt illi. Mulier quid ploras? Quem queris? O maria
multam consolationem meruisti: et forsan tibi melꝫ con
tigit qꝫ speraſti. Nam tu querebas vnum: et duos inueniſti.
Querebas hominem: et angelos meruisti et vidisti. Que
rebas mortuum: et viuētes repperisti. Repperisti eos qꝫ de
te curam videntur habere: et qui volunt dolorem tuū lenire.
Ille vero quem querebas, dolorem tuum videtur negligere:
lachrimas tuas videtur respuere. Vocas et non audit: ores
et non exaudit. Queris illum et nō inuenis: pulsat et nō
aperit tibi: sequeris illum et fugit. Heu quid est hoc? Heu
qꝫ magna mutatio: heu quō mutata est res in contrariū.
Iste qui modo recessit a te, et qꝫ modo fortē nescio si diligat te,
olim te diligebat: olim de phariseo te defendebat: olim te a so
rore tua diligenter excusabat. Olim te laudabat: qn̄ pedes
eius vngento vngebas, et capillis tergebas. Dolorem tuū
mulcebat: pcta dimittebat. Olim querebat te. Cum non
adesses vocabat: cū abesses mandabat tibi per sororem tuā
vt ad eum venires. Magister adest: vocat te. O qꝫ cito sur
rexit maria et audiuit, et qꝫ cito venit: et solito more recidit
ad pedes tuos bone ihesu: tui quoꝫ cū tristitia cōtristatus es,

dum vidisti lachrimantē lachrimaty eē. Deniq; pro dilectiōe qua multum dilexit te, fratrem eius lazarum suscitasti: et planctum eius in gaudium conuertisti. O quam pie consolando ad eā dixisti: vbi posuisti eum. Et o dulcissime nḡr q̄d post hec pectuit, hec discipula tua, in quo offendit dulcedinem cordis tui hec amatrix tua? quia sic recessisti ab ea, et absondis te? Nos post hec nullum pcm̄ aliud audiuimus de ea: nisi quod postq̄ sepulty fuisti ante oēs venit ad monumentum, ferens vnguenta quibus corpus tuum ungeret. Sed cū te non inuenisset in monumento: cucurrit et nunciauit discipulis tuis. Illi venerunt viderūt et abierūt: hec aut stabat et plorabat. Si hoc pcm̄ est: negare non possumus quin ipsa faciebat hoc. Si hoc pcm̄ non est, sed amor tuus et desiderium tuū, q̄d habet de re quare sic recedis ab ea et absondis te tu q̄ diligis diligentes te, et inueniris ab oibus quierentibus te? Tu dicis. Ego diligentes me diligo: et q̄ mane vigilauerint ad me inuenient me. Ergo ista mulier q̄a valde mane vigilabat ad te: quare nō cōsolaris lachrimas eius quas pro te dilecto suo fudit, sicut consolaty es lachrimas quas fudit pro fratre suo? Si tu eā more solito diligis, cur desiderium suū tā diu protrahis? O vere magister et testis fidelis: recordare testimonij quod olim de maria reddidisti marthe sorori sue. Dixisti em̄. Maria optimā partem elegit: q̄ non auferet ab ea. Maria q̄ te elegit, et stare voluit ad pedes tuos, et audire sermones tuos: vere optimā partem elegit. Sed quo verum est non auferetur ab ea: si tu ablatus es ab ea? Et si non est ab ea optima pars ablata: quid plorat et querit? Certe maria nichil querit nisi quod elegit: et propter hoc plorare non desinit: quia quod elegit nunc perdidit. Ergo o custos hoīm aut tu partem q̄ elegit custodi in ea: aut ego nescio quo verū sit, q̄a nō auferetur ab ea: nisi et hoc intelligatur, licet ablaty sis ab oculis eius, non es ablaty a corde eius. Sed o maria q̄d iam amplius moueris, q̄d turbaris, quid plorabis? Certe habes angelos, sufficit tibi angelorum visio, sit fortasse q̄m quieris, quem plorabas, aliud sentit in te: propter quod non vult videri a te. Pone iam finem dolori tuo: sit modus lachrimis tuis. Recordare quia ipse dixit tibi: et alys mulieribus. Nolite flere super me: sed super vosmetipsas flete. Sed quid hoc est quod facis? Ipse prohibuit flere: et tu flere nō

desinis. Timeo vt plorando ipsum offendas: pro quo sic in cessanter plorabs. Nã si ipse amaret lachrimas tuas: nõ posset fortassis vt olim continere lachrimas suas. Nunc ergo audi consilium meum. Sufficit tibi angelorum consolatio? mane cum illis et interroga illos: si forte sciant quid factũ sit de illo quem queris et plorabs. Ego certe credo quod ipsi ad hoc venerunt, vt testimonium de illo perhibeãt: et credo q̃ ipse quem plorabs misit illos pro se et pro te, vt ãnunciẽt resurrectionem suã: et consolarent plorationem tuã. Dicunt ei, Mulier q̃d plorabs? aut q̃ causa tanti doloris tui? Non absondãs a nobis lachrimas tuas? aperi nobis animũ tuũ: vt nos inditemq̃ tibi desiderium tuum. Maria nimio dolore confecta tota in extensu mentis posita, nullã recepit cõsolationẽ: et ad nullum attendit consolatorem: sed intra se cogitauit dicens. Heu dolor quotlis ẽ ista consolatio? q̃lis est ista visitatio? Onerosi sunt michi oẽs cõsolatores? grauant me: et non consolantur me. Ego em̃ quero creatorem: ideo grauis ẽ michi ad videndũ omnis creatura. Nolo videre angelos, nolo cũ eis manere? q̃a possunt dolorem meum augere: et non possunt penitꝰ delere. Si ceperint michi multa narrare, et si voluero eis aud oĩa rndere: timeo ne amorem meum magis ipediant q̃ expediant. Denicꝫ non quero angelos: sed eũ qui me fecit et angelos. Nõ quero angelos: sed angelorum dñm et meũ. Tulerũt dñm meũ? ipsum solum quero, ipe solꝰ potest me cõsolari: sed nescio vbi posuerunt eũ. Circuspicio si videã illũ: sed non video. Volim inuenire locũ vbi positꝰ est: et nõ inuenio. Heu me miseram quid agam? Quo ibo? Quo enim abiit dilectꝰ meus? Quesiui enim in monumento et non inueni: vocaui et non respondit michi. Heu me vbi illum iã q̃rã? vbi illum iam inueniam? Surgam certe et circuibo oĩa loca que potuero. Nõ dabo somnũ oculis meis, non dabo requiem pedibꝰ meis: donec inueniã illum q̃ dilexit aiã mea. Effundite lachrimas oculi mei: plorate et nolite deficere. Ambulate pedes mei: circuite et nolite quiescere. Heu heu quo abiit gaudiũ meum? Vbi latet amor meus? vbi est dilectꝰ meus? Cur dereliquisti me sitibus meas. O dolores, o angustie intolerabiles. Angustie michi sũt undiq̃ et quid eligam ignoro. Si apta monumẽtũ maneo: ego illum nõ inuenio. Si a monumẽto recessero nescio quo vadã

infelix: nescio vbi eum queram. Discedere a monumento mihi mors est, stare ad monumentum irremediabilis dolor est. Melius est michi sepulchrum dñi mei custodire: q̄ ab eo longius abire. Si em̄ longius abiero: forte cū rediero, et ipsum sublatum, et sepulchrum vacuum destructum. Stabo igitur hic et moriar: vt saltem iuxta sepulchrum dñi mei valeam sepeliri. O q̄ beatum corpꝰ meum: si fuerit sepultū iuxta dominum meum. O q̄ felix ānā mea: si egrediens de fragili vase corporis mei mox potuerit intrare sepulchrum domini mei. Corpus meum sepe fuit ānime mee labor et dolor: sepulchrū domini mei erit michi requies et honor. Nox ergo sepulchrum ni vitā mea erit michi consolatio mea: et in morte mea erit requies mea. Viuens iuxta illud manebo, et morienti illi adherebo: nec morientis nec viuentis ab illo separabor. Heu me infelicem: quia ego tunc non prospexi, q̄n dñm meum sepeliri conspexi. Quare tunc non fleui? Quare corpus eius et monumentum perseueranter non custodiui? Nunc certe non plorarem sublatum: q̄n̄ prohibuissem aut seruata fuissem sublatores. Sed proh dolor ego volui seruare legem: et dimisi dñm legis. Legi obediui: et eum lex obedit non custodiui. Quanquam cum eo manere non fuisset legem transgredi: sed implere. Pascha abisto defuncto non cōtaminatur: sed renouatur. Mortuus iste nō polluit mundos: sed mundat immundos. Sanat omnes tangentes se: et illuminat ad se accedentes. Sed quid recolo dolorem meum? Abij redij et monumentum apertū inueni: ipsum quem querebam non inueniebam. Stabo itaq̄ et expectabo si alicubi aperiatur. Sed quo stabo solus? Discipuli abierunt: et me solum plorantem reliquerunt. Nusq̄ apparet qui meū dolent: nusq̄ apparet qui meū magistrū requirat. Apparuerunt angeli: sed nescio pro qua causa. Si consolari me vellent: causam pro qua ploro nō ignorarent. Si em̄ non ignorant quid ploro, cur michi dicunt q̄d ploras? An ideo interrogant, vt me plorare prohibeant? Queso hoc non michi suadeant, non hoc moneant: alioquin me interficient. Quid plura? Ego illis non obediā: et dum viuam plorare non desinā: donec dñm meum inueniam. Quid faciam? Quo me vertam? Ad q̄m ibo? A quo consilium petam? Quem percunctabor? Quis michi miserebitur? Quis me consolabitur? Quis michi indicabit q̄m diligit ānā mea, vbi positus sit, vbi cubet, vbi q̄escat?

Queso annunciate ꝯa amore langueo: et dolore defitio. ℣ Nō est dolor vt dolor meus. Reuertere dilecte mi: reuertere vo tozum meozū. Admirabilis et desiderabilis redde mihi leticiā pītie tue. ostende michi faciem tuam: sit vox tua i auribus meis. Vox em̄ tua dulcis: et facies decora. Spes mea non confundat me ab expectatione mea. demonstra michi faciem tuam: et sufficit anime mee. Dū maria sit doleret et fleret cōuersa est retrozsum. et vidit ihesum stantē: et nesciebat quia ihesus esset. Dicit ei iesus. ℣ Mulier quid plozas? Quem quezis? Si tu desideriū aīe mee cur ītezrogas eā quem quezis quid plozas? Ipsa paulo ante oculis suis cum magno dolore cozdis sui viderat te spem suam suspendi in ligno. et nunc dicis quid plozas? Ipsa viderat manus tuas quibꝫ sepe fuit benedicta, et pedes tuos quos deosculata fuerat et lachzimis rigauerat cruci affigi. et nunc dicis ꝯd plozas quem quezis? Viderat te exspirantem spiritū tuum, spm̄ viderat et sumi. et tu dicis quid plozas? Nūc insuper et cozpꝰ tuū sublatum existimat, ad quod vngendū vt se quodāmodo consolaretur veniebat. et nunc dicis ꝯd plozas quem quezis? Tu scis quia te solū quezit, te solum diligit, pro te oia contempnit. et tu dicis quē qzis? Mulieris magister ad quid quesa spm̄ pzonotas mulieris huius? ad quid tōmoues aīam eius? Tota pendet a te, tota manet in te, ex toto sperat de te, et tota desperat de se. Ita quezit te: vt quezens nichil cogitet pzetar te. Ideo forsan nō cognoscet te: ꝯa non est in se, sed pro te est extra se. Cur ergo dicis? quid plozas, quem quezis? An putas quod ipa dicat, te plo zo te quezo. nisi tu inspiraueris pzius in cozde suo, ego sū quem plozas, quem quezis? An putas quod ipa cognoscat te, quamdiu volueris celare te? At illa existimans quod hozticulanus esset: dixit ad eum. Dñe si tu sustuliste eum dicito mihi vbi posuisti: et ego eum tollā. O dolor misera bilis: o amor inenarrabilis. Mulier istꝰ quasi densa nube doloris obtecta non videbat solem qui mane surgens iam radiabat per fenestras eius: ꝯ per rimas cozporis sui iā in trabat domum cozdis sui. Sed quia amore iam languebat: isto amore sic oculi cozdis sui caligabant, vt non videret ꝯm videbat. Videbat em̄ ihesum, et nesciebat quia ihesꝰ esset. O maria si quezis ihesum, cur non cognoscis ihesum? Et si cognoscis ihesum, cur quezis ihesum? Ecce ihesꝰ venit ad te:

ſuem queris ſublatum a te. Queris et ortulanum existimas: vt eum non cognoscas. Etenim ihesꝰ est et ortulanus: quia ipse seminat oē semen bonū in orto aīe tue et in cordibꝰ fidelium suorum. Ipse eñ olus bonū plantat et rigat in animabꝰ sanctorum: et ipe est ihesꝰ qui tecū loquitur. Quē eñ queris: et ideo viuentē nō cognoscis. Tunc in veritate ꝯperi hanc esse causam pro qua a te recedebat: et pro qua tibi non apparebat. Cur eñ tibi appareret, quem non querebas? Tu certe querebas qui non erat: et non querebas qui erat. Tu querendo ie sū nesciebas ihesum. O dulcis o pie mgr si possum oīno non audeo excusare discipulā tuā: non possum libere defendere errorem suum si tñ errabat, quia talem te q̄rebat qualem te viderat: et qualem te in monumēto positum reliquerat. Viderat quippe defunctum corpꝰ de cruce deponi et in monumento deponi, tantusq̄ dolor īuaserat eam de morte tua: vt nichil posset sperare de vita tua. Et tantꝰ dolor īmutauerat eam de sepultura tua: vt nichil posset sperare de resurrectione tua. Joseph posuit in monumento corpꝰ tuū, maria ibi pariter sepelinit spm̄ suū et ita indissolubiliter iunxit et quodāmodo vniuit cū corpore tuo: vt facilꝰ posset separare aīam viuificantem a viuente corpore suo, q̄ spm̄ te diligentem a defuncto corpore tuo. Spirituꝰ eñ marie magis erat ī corpore tuo: q̄ in corpore suo. Requirebat corpꝰ tuū, te q̄rebat et spm̄ suum: et cum perdidit corpꝰ tuum, perdiderat et spm̄ suū. Quid igitur mirū, si sensum non habebat, q̄ spiritū perdiderat? Quid mirū si te nesciebat, q̄ non habebat quo scire debebat? Redde itaq̄ corpꝰ tuū, mox recuperabit spm̄ suū: et derelinq̄t errorē suū. Sed quo sic errabat, que pro te sic dolebat et sic te amabat? Certe si errabat indubitanter dico quod errare se ignorabat, et non procedebat ab errore: sed potius ab amore et dolore. Igitur misericors et iustus iudex amor quem habet in te, et dolor quem habet pro te excuset eum apud te: si forsan erret a te. Tu attendas ad mulieris errorem, sed discipule amorem: que non pro errore, sed dolore et amore plorat, et dicit tibi. Dñe si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum: et ego eū tollam. Q q̄ sciēter nescit: et q̄ docte errat. Angelis dixit tulerunt et posuerūt et non dixit tu

listis: ꝙm angeli neꝯ de monumento te tulerūt, neꝯ in alio loco te posuerunt. Tibi vero dixit si eum tulisti et posuisti: ꝙa vere tu teipm de monumento tulisti et in loco vbi eꝫ posuisti. Angelis non dixit dicito mihi: ꝙm angeli non poterant ex toto dicere ꝙd de te factum fuerat, et vbi factū fuerat. Tibi vero dicit dicito mihi: quia non est tibi impossibile dicere, quod possibile erat tibi facere. Tu em̄ virtute tua surrexerāꝫ: et quid de te factum fuerat tu ipe feceraꝫ. Quid ē autem hoc dñe quod maria tam crebro dicit et repetit illud verbum: vbi posuisti eum? Dixit em̄ ꝓmo apostolis vbi posuerūt eū.: tm̄ hoc idem postea dixit angelis: et dicit nunc tibi de te vbi posuisti eum. Multum dulcescit hoc verbum in corde suo. Certe dulcis magister hoc facit dulcedo tua: et hoc facit ipsa pro amore tuo: quia meminit te dixisse de fre suo, vbi posuisti eū. Ex quo audiuit hoc verbum de ore tuo, conseruauit illud diligenter in corde suo: et delectata ē vti eo in sermone suo. O aꝫ diligit persona tuam, ꝙ sic elegit vocem tuam. O aꝫ desiderat videre vultū tuum: quę sic desideranter pronunciat verbum tuū. O aꝫ libenter osculatur pedes tuos: ꝙ tam fideliter loquitur sermones tuos. Quid est etiam o bone ihesu quod dicit ad te, et ego eū tollam? Joseph timuit et non fuit ausus tollere corpꝰ tuum de cruce nisi in nocte: et nisi peteret hoc a pilato. Maria vero noctem nō prestolatur: sed audacter eū postulat dicens: ego eum tollam. O maria si corpꝰ forte ihesu positū esset in atrio principis sacerdotum vbi aplorum princeps se calefaciebat ad ignem: quid facturus eꝫ? Ego eū tollā. O admirabilis mulieris audacia. O mulier nō mulier: et si ancilla ostiaria mte rogauerit te ꝙd facies: Ego eum tollam. O inestimabilis mulieris amor. Nullum excipit nullum anteponit: sine timore dicit: absolute promittit. Dicito vbi posuisti eum: et ego eum tollam. O mulier magna est fides tua: magna ē cōstantia tua. Cur ergo bone dñe tu eꝫ oblitꝰ dicere, fiat tibi sicut vis et confide filia, fides tua saluam te fecit? Cur ergo non dicis vbi posuisti te, vt ipsa tollat te supra cor suum et portet in corpore suo: et annunciet te discipulis tuis? Nolit ꝙ so dulcis magister iam vltra protrahere desiderium suū ꝙa ecce iam triduo sustinet te, nec habet vnde posset aīam esurientem reficere: nisi tu te manifestando porrigas il

li panem corporis tui: et de fragmentis eius impleas co
phinum cordis sui. Hi igitur vis vt non deficiat in via, re
frigera eam: et confortа viscera animе sue dulcedine sa
poris tui. Tu es enim panis vivus: qui habes in te oē
delectamentum, et omnem saporem suauitatis. Non em
poterit diu retinere vitam cordis sui: nisi tu manifestas
te cito vitam anime sue. Dicit ei ihesꝰ. Noli me tangere.
Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabbi: quod dicitur mgr.
Dicit ei ihesus. Noli me tangere. O mutatio dextre excel
si. Conuersꝰ ē dolor magnꝰ in gaudium magnum: muta
te sunt lachrime doloris in lachrimas amoris. Vbi maria
audiuit, maria, sic em cōsueuerat eam vocare mgr suus,
persensit in ipa voce quandā singularem vocationis dul
cedinem: et per eam cognouit ipsum a quo vocabatur
mgrm suum esse. Tunc reuixit spūs eius: reuersꝰ ē et
sensus eius. Cum ihesus adhuc vellet verba adiunge
re, nō poterat hec maria patienter expectare: sed pre
nimio gaudio irruit in eum dicēs. Raboni. Nō arbitra
tur se indigere verbis, q̄ inueniebat verbum: et longe u
tilius fore existimabat tangere verbum, q̄ auribꝰ audi
re. O amor fortis et impatiens nō sufficiebat illi videre
ihesum et loqui cum ihesu: voluit et tāgere ihesum. Sic
bat em q̄ vty de illo exibat: et sanabat oēs. O pyssime et
dilectissime mgr: q̄ bonꝰ es his qui diligunt te. Ecce em
illa dilectrix tua supplicīter querebat te, et veraciter inue
nit te, et non est derelicta a te: et plus est consecuta per te
q̄ expectabat a te. Sequamur ergo fidē mulieris huius
assertum. Quoniam vnusquisq; ad ihesum, et quicunq; confidē
ter ihesum: q̄a non celabat se querenti peccatrici. Discē
prīor homo a peccatrice muliere: cui tm dimissa sunt pcā
sua. Discē plorare dei absentiam: amare dei psentiā. Discē
a maria ihesum amare, iesum sperare, et inquirendo ihe
sum persecurare, nulla aduersa formidare, nullā cōsola
tionem extra ihesum arripere: oīa propter ihesum cōtēnere.
Discē a maria: et quere ihesum in monumēto cordis tui.
Reuolue lapidem ab ostio monumēti dei, amoue oēm du
ritiam, repelle omne obstaculū a fide tua, omnē cōtupiscē
tiā mūdi a corde tuo: et diligenter scrutare si ihesꝰ ē in eo.
Si em non inuenies in te ihesum, sta foris et plora et permane

in fide ⁊ et respice scrib ad alios si forte in aliquo videris eum: et plorando ora ihesum vt dignetur intrare ad te, et habitare in te. Et ne forte erecta cernire repellas eum a te: humiliãdo inclina te. Et iterum respice in monumentũ dei quod ẽ in te et si videas ibi ãgelos vnũ ad caput, et vnũ ad pedes, id ẽ si esse agnoscis in corde tuo quasi celestia desideria tã ad actiuam q̃ ad cont̃platiuam vitã pertinentia, per que tũ nec adhuc videre et habere ihesum poteris ⁊ noli his contentus esse, noli adhuc desiderando q̃rere: sed plora et q̃re ihesũ et quere in te doner inuenias. Et si aliquo modo appareat tibi et desiderio tuo se p̃ntauerit, noli de te presumere, tanq̃ tu eũ agnoscas: sed interroga illum et ora vt indicet tibi seipsum. Audeo tibi confidenter promittere ⁊ si in fide ihesu perseueraueris, si te cum humilitate inclinaueris, si exemplo marie nullam aliã consolatiõe de ihesu, q̃ ihesum recipere voluceris: ipso reuelante ipsum inuenies, et ipsum cognosces ⁊ ita vt non sit tibi necesse querere ab alijs vbi est ihesus: sed tu magis indicans, nunciãs alijs q̃a vidi dñm, et hec dixit michi. Cui est honor et gl̃a in secula seculorum. Amen.

In letania maiori ſmo bt̃i ꝑ Maximi ep̃i de ieuniis ninuitarũ

